DISCURSUS INAUGURALIS
DE
DIGNITATIBUS
IMPERII ROMANO-GERMANICI,
QUEM
BONO CUM DEO
Ex Decreto & Auctoritate Magnifici in Electorali
VIADRINA SENATUS JURIDICI
PRÆSIDE
VIRO NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO ET EXCELLENTISSIMO,
DN. JOHANNE FRIDERICO RHETIO, J.V.D. PANDECTARUM PROFESSORE PUBLICO ORDINIS SUI HODIE DECANO &c.
DOMINO, PATRONO ET PROMOTORE SUO ÆTERNA OBSERVANTIA COLENDO,
PRO
LICENTIA,
SOLITAS IN UTROQ. JURE DIGNITATES AC PRIVILEGIA RITE ET LEGITIME CONSEQUENDI,
SOLENNI DOCTORUM CORONÆ
uberius ventilandum
proponit,
FRIDERICUS Gottlieb RAUMERUS.
Ad D. Febr.
HORIS ANTE & POMERIDIANIS
IN LOCO CONSUETO.

FRANCOFURTI ad SUEVUM ∞. IƆC. LXVI.
Excudit ANDREAS BECMANUS.

SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

DN. CAROLO ÆMILIO,

MARCHIONI BRANDENBVRGICO, SVPREMO BORVSSIÆ PRINCIPI, MAGDEBVRGI, JVLIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM, STETINI, POMERANIÆ, CASSVBIORVM, VANDALORVM, IN SILESIA CROSNÆ ET CARNOVIÆ

DVCI,

BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ ET CAMINI, COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGI, DOMINI RAVENSTEINI, LAVENBVRGI & BVTOVIÆ &c. &c.

AVGVSTI ELECTORATVS BRANDENBVRGICI HÆREDI.

PRINCIPI AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,

A DEO FELICIA ET AVGVSTA OMNIA!

SERE-

SERENISSIME PRINCEPS, DOMINE CLEMENTISSIME,

INter infestos Bellonæ rumores, quib9, si unquam, Europa hodiè personat, artes tn. adeò non silent, quin saltem cominùs gliscere audeant. Vt enim Armis Pax gloriosa, sic Pacis studiis Armorum splendor perpetuò stabilitur. Vtriusq; verò Antistites ad *Serenissimam Celsitudinem Tuam*, tanquam Hectora confluunt, quam felici augurio optimum Belli & Pacis futurum Arbitrum sibi delegerunt, in cujus etiam tenellâ ætate vivam spirantemque Augusti Patris imaginem omnes mirabundi adorant. Eo igitur animo *Serenisf. Celsit. Tuæ* tùm ex armamentariis, tùm ex hoc *Tuo* ingeniorum theatro, quicquid suæ opis est, consecrant, cùm istorum quidem Præsidem longè lateque radiantes cœlestis animi dotes TE fecerint, horum autem Regimen suscipiendo ad omnis ævi memoriam illustre documentum præbueris. In Africâ olim nemo quicquam ausus est facere, nisi præfatus Africam; Neque in TVIS Regno æmulis florentissimis provinciis, in Academiâ Tuâ, publicandum quippiam credidi, nisi ab excelso CAROLI ÆMILII & Brandenburgico nomine sumtis auspiciis; eo præsertim rutilante inclyto sidere, quo Deus O. M. TE ante XI, necnon Augustissimum Parentem ante XLVI. annorum periodum

riodum, immortalia pignora terrestri Orbi concredidit: temeritatis hoc ipso declinaturus opinionem, quòd tanto Principi tàm exiguum, nullo sive nitore, sive eruditione conspicuum offeram munusculum. Fortassis tamen ausibus istis, more Illustrium Geniorum, propitium magis NVMEN TVVM erit, si & animi dedicantis pietatem, ipsiusque argumenti præstantiam (cujus fulgorem, quibus gloria obsequii relicta, non nisi cœcutientibus oculis cernere indultum) è fastigio TVO propiùs intuearis. TE enim, DOMINE, quicquid Sceptrorum ac Dignitatum per universam Germaniam eminet, cultu, amore, observantiâ deniq; omni prosequitur. DEVM veneror, ut Serenissimam Celsitudinem TVAM cum Invicto Parente, omniqué potentissimâ Familiâ, quibus nihil demi, nisi invidia, nihil addi potest, nisi votum sinefine; universo Orbi, cumprimis avitæ Tuæ Marchiæ, Ecclesiæ atque Academiæ commodo sospitem, felicemque servet ac tueatur!

Serenissimæ Celsitudinis TVÆ
CLEMENTISSIME DOMINE

Dab. in Illustri Acad. Viadrinà ipso Festivo VII. Iduum Februar.

Servus humillimus
Fridericus Gottlieb Raumerus.

CL. VIRO

Dn. FRIDERICO THEOPHILO RAUMERO, Juris Utriusque in Acad. Viadrinâ Candidato, Amico meo Charissimo.

S*Ciscitanti tibi* Raumere *Charissime, an probè perpensis seculi nostri moribus & Instituti tui ratione, è re tuâ fore existimem*, Licentiam *summos in utroq́ Jure Honores & Immunitates, quandocunq́ libuerit, capessendi juxta Leges & consuetudines Academicas, acquirere? Poteram tot præclaros & Civilis atq́ Juridicæ Prudentiæ Consultissimos Viros, à quorum ore* Helmesteti *in quintum usq́ annũ pependisti, & in quos* Francofurti *etiamnum intueris, allegare omnes honoribus istis exornatos, qui cum nihil inconsultò, nihil temerè fecisse putandi sint, quæstionem propositam exemplo suo ita decidere videntur, ut nullus dubitationi tuæ aut Consilio meo locus relinquatur. Veruntamen cum ignores,* θεῶ *quippè* ἐν γούνασι *positum, an aulæ, & negotiis serviendum aliquando sit, an verò liberiori in Academiis aurâ, æq́ ac illi studiorum nostrorum Præsides, sis fruiturus, rationibus ad utrumq́ vivendi genus accommodatis in hoc negotio flecti, ut opinor, mavis, exemplo cæteroquin tantorum Virorum, utcunq́ res cadat, pro normâ pietatis, doctrinæ & virtutum perpetim usurus. Quod autem meam cumprimis, pedanei tantùm Judicis, sententiam exquiris, in eo te magis affectui mutuo, quàm Judicio obsecutum intelligo, cum scias, me prudentiâ quidem & rerum usû reliquis amicis & Consiliariis tuis inferiorem, amore verò studiòq́ ergá te ac officio, nulli eorum esse postponendum. Præter enim virtutis, civilitatis*

)(& so-

& sobriæ doctrinæ dotes, quas ubivis gentium in omnibus laude & benevolentiâ nos prosequi par est, abditâ illâ & occultâ gignendi amoris vi, sivè tu eam similitudine & mutui amoris significatione inseveris, seu Spiritus legitimi amoris eam mihi infuderit, me ita stimulari hactenus animadverto, ut tibi præ cæteris quâm optimè cupiam, & candidè expromam, quæ oneri tibi aut decori, me quidem Judice, sunt cessura. Agedum itàq; Amicissime Dn. Candidate, rem ipsam aggrediamur, & quæstionem in duo partiamur membra, quorum priori recensebimus, quid sub eâ, quâ de agimus, Licentiâ *contineatur, aut quid ejus nomine* Candidatis *accrescat; Posteriori spem commodi cum metû incommodi inde ad te redeuntis, æquitatis trutinâ, quoad epistolæ modus patitur, examinaturi.*

Primò omnium autem Licentia summorum in Jure Honorum adfert Tibi publicum eruditionis testimonium, indagine Amplissimi Jure Consultorum ordinis explorata, posteà oculis totius Academiæ conscribendâ ac defendendâ disputatione, aut publicis etiam prælectiònibus exposita. Quod ipsum testimonium in pretio semper habitum ab iis, qui censores & fautores studiosæ Juventutis extitêre, cujusq; legitimus usus nec hodienum nisi ab iis damnatur, qui Scientiam & cognitionem rerum inter virtutes intellectus referri ignorant, aut virtutem ipsam unà cum opinione virtutis aspernantur. Militi exautorato honestæ missionis testimonium á Centurione datum aditum ad Magnatum ostia aperit, & gradum præparat ad altiora munia belli sequentis. Quis ergò bonus & rerum peritus æstimator contemtum testimonii ferat autoritate Serenissimi Electoris Brandenburgici *& vicariâ Legatorum ejus, Juris videlicet* Professorum, *operâ muniti?*

Virtutem excipiunt presso pede præmia virtutis & Scientiæ. (1) Laudes *â laudatis viris profecta, quæ benè meritis non*

possunt

possunt non esse dulcissima, quum adulantium susurri indignorum sæpenumerò aures adeò titillent, ut adulantes amplissimis muneribus ad laudes fucatas invitent. (2) Honor, *quem non absurdè Matrem simul dixeris & Filiam virtutis. De cujus limitibus, quærendi modo, quæsiti usû, aliisq́, quæ ut hûc pertinent, Theologiæ & Moralis Philosophiæ Magistri varij varia tradiderunt, quæ cum animo teneas, & vera à falsis Stoicorum commentis discernere, speciosas & pulchras imaginationes ad rerum usum & ingenij humani imbecillitatem adaptare nôris, heic omninò transmittenda esse putavi: Notari tantummodò velim, perfectissimum & sibi uni sufficientissimum, ut ita loquar, Deum nostrum Opt. Max. tametsi propriè loquendo pro ultimo creati mundi & hominis fine virtutis suæ, imprimis immensæ bonitatis, exercitium constituerit, utpote gloriâ ad eum inde redundante præstantius; Nihilominus gloriam sui Nominis cum declaratione divinarum virtutum ità in sacris literis conjunxisse, ut unum ab altero non ipsâ re, sed mentis tantùm cogitatione divelli queat. Ad eundem modum idem benignissimus Pater æqui boniq́ consulit, quando pro infirmitate nostrâ ad eum diligendum colendumvè magis spe propositi æterni honoris, & vitæ beatæ præmio, quàm ejus amore atq́ reverentiâ commovemur. Quod contra eos moneo, qui omne honoris studium proscribunt, & soli nos conscientiæ theatro includere volunt, stolidi ut plurimum Doctores, cum ipsi in opinionibus novis & dissentiendi libidine maximam gloriam & honorem tantoperè aliàs damnatum collocent, quod sanè est Laureolam in Mustaceo quærere. Positum itaq́ esto, pèr virtutum & diligentiæ gradus ad honoris culmen adspirare salvâ fidei Christianæ regulâ quemlibet posse, eumq́ qui æmulationes è Scholis & Academiis, honores è republ., dignitates ex Ecclesiâ, gloriam è Regum Principumq́ studiis ac meditationibus exterminat,*

nobilissimarum actionum, quas gloria & amor gignere solent, principia evertere, & malè omninò de genere humano, quantum in se est, mereri. (3) Immunitates & Privilegia *non contemnenda, quæ supremi rerum Principes, nobilitatis & cujusq; dignitatis arbitri, liberali manû ordini huic contulerunt; Juris periti nonnulli verò liberaliori & nonnunquam ridiculâ manû ita extenderunt, ut cum Comite isto Palatino interpretes istos comparare soleam, qui sub Licentiâ legitimandi spurij potestatem ejusdem impunè gignendi contineri arbitrabatur.* (4) *Addo tandem coronidis loco* Titulum, *veluti eruditionis promeritæ laudis, collati honoris & omnium immunitatum tesseram, à Majestate eâdem promanantem, cui nobilitatis gradus & appellationes originem suam debent. Hi tituli quum partim ob incomtos mores Doctorum, Licent. & Magistrorum, aliosq; insignes abusus, partim prævalente armorum strepitu, nonnihil vilescant, inde potissimùm ansam tibi dubitandi, inde sciscitandi causam obortam esse, vero mihi simile videtur. Verùm enim verò, non habes fortassis,* Raumere *Doctissime, quod verearis; Si vacat adhûc audire alterâ Epistolæ parte, honoribus Academicis existimationem contra difficultatum quarundam metum & titulorum contemtores paucis asserturum. Tametsi enim non diffiteor, indignis sæpenumerò publica hujusmodi testimonia indulta fidem omnium elevare, asinos nonnunquam in patriam mitratos remitti, auro prius emunctos, quò ad iter sint expeditiores. An tu propterea alienæ inscitiæ pœnas dares? An unius alteriusvè Collatoris avaritia totius ordinis integritatem eidem crimini involveret? Novimus publica & Judicialia interdum instrumenta falsitatis convicta, an verò idcircò fides omnium laboraret? Non patiuntur nos Historiæ & mores temporum ignorare officia & Salaria Tribunorum & Centurionum militarium iis distributa, qui cunas vix dum egressi*

egressi erant, & summi exercituum Ducis titulum sæpè non fortitudini aut bellicæ prudentiæ, sed illustri generi aut alij Reipublicæ necessitati datum. Quemadmodum itaq; propterea illustrissimus Generalium & nobilissimus Chiliarcharum Centurionumq; ordo malè non audit; ita Tibi tuiq; similibus vitio vertendum non est, quòd aliquid interdum Collatores favori & autoritati patronorum, nonnihil etiam interdum Candidatorum Amasiis dederint, quæ titulis facultatem gignendi inesse credunt, ingenti, ut puto, errore, quùm rusticis nullo Magistri aut Licentiati titulo insignitis negotium æq; benè succedat. Tu, quò auro merceris, quò sponsæ gratificeris, necesse non habes. Doctrina & virtus pretium est, quo gloria Tibi venit. Opponunt alij ingentem Doctorum ac Magistrorum numerum, quò laudis dulcedini & ordinis existimationi plurimum decedat. Et sanè abundantiâ rerum pretia earundum minui certum est. Attamen cum rei militaris periti de autore officiorum, & ductorum bellicorum numero conquerentibus constanter asserant, magnum victoriæ & belli gerendi momentum in copiâ Vicariorum, Centurionum, Capitaneorum, locum tenentium &c. positum, non immeritò fortean dixeris literariæ quoq; & publicæ rei benè consuli, si testimonio publico ornati (modo ne nimis altum sapiat) togæ muneribus adhibeantur. Fac porrò, reperiri longè plurimos ex isto Doctorum Licent. & Magistrorum genere, qui titulo non secus ac pavones caudis suis superbiunt, & alios ex alto, velut umbras despiciunt. Fac alios horridis moribus in odium & reprehensionem præclarorum etiam virorũ incurrere, totumq; ordinem ludibrio exponere aulicorum. Quid verò tibi cum istis, Erasmi nostri censurâ & irrisione dignissimis negotii? Uteris quippe titulo, frueris honore non secus, ac si utroq; careres, quibus finibus terrestrium rerum usum Apostolus circumscribit; Quàm pulchrè eruditioni cum modestiâ & civi-

litate

litate conveniat, exemplo tuo, nisi admodùm fallor, comprobabis. At, inquias, tituli aulæ sordent, ac propterea eorum conatibus officiunt, quos Deus aulis & curijs adscripsit. Sed heus! Num Principibus ipsis? Minimè gentium. Nam ii fovent Academias, ornant literatos, & arma foris parum rectè procedere, nisi consilium domi sit, à teneris addiscunt. Ambitionis verò æstum, cujus suprà memini, uti in nemine Ministrorum, ita nec in eruditis ferre possunt. An ministris, quorum humeris publica salus incumbit? Non crediderim; nec enim usum optimorum institutorum sublatum volunt, etsi abusus in in ea irrepserit; nec præmia virtutis denegabunt benè meritis, ne semetipsos laborum, vigiliarum, molestiarum suarum fructu privent. An tandem iis, qui splendori, domestico ministerio, & recreationi Principium inserviunt, nobilibus plerumq; Viris? Non iis etiam omnibus. Si enim ludendi, saltandi, armorum & equorum tractandorum Magistros amant & alunt, cur optimarum artium Magistros non ferant? Si libertatem aut Licentiam potius Gallicam tantoperè exprimere gestiunt; Si Licentiam osculi figendi [puta, si formosæ datum sit] in magnâ felicitatis suæ parte, nobis non dissentientibus, collocant, non video, cur eruditorum ordini Juris Utriusq; Licentiam invideant? Æstimant conciones doctas, Jus sibi contra debitores tribui percupiunt, Medicum desiderant ægrotantes, non putarim itaq; iis præmia eruditionis esse usq; adeò exosa, præsertim si modus in titulo & scientia ipsa probè servetur, si conversatio comitate, eruditio humilitate, actiones deniq; omnes prudentiâ condiantur.

Supersunt Duo *adhùc Obstacula paucis è medio removenda, cùm longius fuerim provectus, quàm initio constitueram. Unum, quod Honores Academici officiorum Candidatis obsint, & munus requirant isti dignitati conveniens. Quà ex re*

parum

parum tibi periculi impendet; cùm quòd hodiè seges, ex quà Consiliarij proveniunt, latissimè succrescat, ut liceat mirari, Depositores Academicos antiquo titulo hactenus acquievisse, cum satis commodè vocari possent Depositions-Räthe; Tum quòd eruditionem, quà præstas, quævis terra alat, præsertim si eidem Peregrinationem & Linguæ Gallicæ cognitionē adjunxeris. Neq; verò est, quod itineri faciendo honoris titulum impedimento fore existimes: Nam nec inter bellica impedimenta virtus aut scientia refertur; Et quamvis Lingua latina equorum tergis molestiam inferre communi proverbio dicatur, equos ea tamen magis quàm sessores afficit.

Age itaq;, Clarissime Raumere, insta operi, pedem profer, & quos eruditio, diligentia & labor merentur honores, quos Themis alma applausû totius Viadrinæ, gratulante Elmo, offert, ovans animo capesse. Deus & Pater Dn. nostri Jesû Christi eos & omnes tibi liberaliter erogatas animi corporisq; dotes in gloriam Nominis sui Sacrosancti, Rei literariæ valdè nutantis restaurationem, Reipubl. patriæ salutem, Parentum Optimorum solatium, & tuam civilem æternamq; felicitatem convertat, quod tibi ex animo precatur

AUGUSTUS MILAGIUS

Scribebam Dessaviæ animo non satis vacuo, d. 27. Januarij. A. C. 1666.

ASSERTIO I.

OMnium mortalium curam ex instinctu providæ Naturæ in eo esse defixam, ne vitam pecorum instar silentio, desidiâ ac inerti otio transigant, sed perpetuis laboribus, donec mortalia expleverint, consumant, omni prorsus caret dubio; perinde ut nemini non ex sacro pariter & geniali lumine nstat, post deperditam culpâ Protoplastorum auream ætatem, on nisi summo angore ac molestiâ quicquam Boni à nobis apprendi & confici posse, *Arist.* 1. *Rhet.* 11. 7. *Polit.* 3. 10. *Nicom.* 6.

§. 2. Neque etiam obscurum est, quin scopo suo talia subordiverit media Creator, dum partim ab æterno medelam huic exitianorbo gloriose destinavit, partim quoque externam tanti oneris undi mercedem gratiosè proposuit, ut scil. idem illud negoti circa quod explendum ægrè homines desudant, defatigatis postodum larga alimenta præberet.

§. 3. Omnem porrò operam non uniformiter ad eandem tene metam, sed aliam supremo Numini, hanc proximo, hanc verò bis ipsis dicari non minus notum, atque objectorum laboris nostri ietatem ex admirabili ingeniorum diversitate, & humanæ inditiæ vicissitudine edocemur.

§. 4. Quæ omnia si accuratiùs invicem componamus, junctis trumentis, quibus præ ceteris creaturis gaudemus, liquidò, totus fallor, apparebit, hominem naturâ animal esse sociale (ci- enim isthæc Aristotelis argumenta *l.* 1. *Polit.* 2. vix evincunt) que labores ejus & in societate, & ad societatis conservationem ninò expediri debere, cumprimis verò istius, quæ omnium nanarum est perfectissima, ac omnis generis societates in sinu suo nprehendit, quam (spretâ gentium societate latiore, *vid. Dn. Fel- Annot. ad Grot. Proleg. contr. Graswinck. Element. jur. univ. p.* 1. *nbr.* 4.) cum Philosopho Civitatem asserimus. Isthic potissimùm ctus externi istius ad promtiùs subeundos labores incentivi sese

A exserit,

exſerit,aliis præ aliis excellentiori deſtinatâ compenſatione, *5. Eth. 3.* (Laborem quippe non refugit, qui virtutis gloriam concupiſcit, *Caſſiod. l.1. c.24.* Et impoſsibile eſt, ut quis magnam fortunam & magnam quietem eodem tempore aſſequatur)ut quò præſtantius eſt negotium, circa quod vires noſtræ periclitantur, majus etiam ſit periculum rei conſequendæ impendendum, tandemque ipſum præmium eo nomine ſubſequatur, planè ad normam S. Codicis, ſublimius; *vid. Dan. Dyke, tractat. de pœnit.* Quomodo non tantùm laudes, honor & gloria, & cum horum fructus ferè ſegnius, qui mores vulgò ſunt, alliciat homines, divitiæ; & viciſſim, cùm ſæpenumero labor pretio nummario compenſari non poſsit, dignitates (quæ ſolæ ſummis meritis ſufficiunt) in Republ. decernuntur. *Laurent. Grimald. l.2. de opt. Senat. p. 232.*

§. 5. In eo enim vel ſolo primitùs dixerim hominem à cœteris animantibus brutis ſecerni, quod præter tenaciſſimum ſui amorem quamcunque erga quodcunque aliud inclinationem vincentem, novum quoque, ut in ſocietate ſui ſimilium vivere gauderet, perſentiſcat tenellum appetitum; Quorum uterque tamen ex intentione naturæ ſollicitè temperandus, ne alter alteri quicquam deroget, aut etiam negotium faceſſat. Etenim ſimulac homo, cujus animus, cum in lucem prodiret, nullâ cognitione actu erat imbutus, ex inſpectione rerum naturalium notiones quasdam uberiori ſcientiæ ſuperſtruendæ inſervientes concepit, ſeriò quidem membra vitamque ſuam tueatur neceſſum habet, ea tamen adhibitâ cautelâ, ne tranquillitas ſocietatis humanæ perturbetur: Quod ipſum verè indigitare poteris eſſe L. Naturalem fundamentalem, unde ceteræ omnes longâ ſerie tanquam concluſiones ex principio defluant; ſimpliciores præſertim ſocietates oriantur, & inter has maritalis tantùm non immediatè deſcendat.

§. 6. At verò, cum homo ſecretus à L. & Juſtitiâ, non præſente ſcil. ſenſibus terrorem incutiente pœnâ, animal omnium ſit peſsimum, & idcircò inſtinctu naturali dulcedini vitiorum valdè propinquo præponderante, ad rectæ rationis dictamen obſurdeſceret, nondûm ſatis cautum videbatur ſecuritati ſocietatis humanæ, niſi complures ad injuriam exterorum propulſandam ſeſe conjungerent;

ent;Ne autē pari,quâ hactenus convenerant facilitate,ob discrepan-
es circa modum defensionis suæ sententias, dissolverentur, necessa-
iò duplici pacto sese muniendos duxerunt, (*1.*) unius nempe ut sese
ubjicerent imperio, (2.) eundemque viribus suis etiam cum privato
letrimento, juvarent. Cui utrique conventioni ansam quidem pri-
nò dedit nativitas per quam familiæ constituebantur (quo sensu et-
am Aristoteles secutus Platonem Præceptorem suum *l.* 3. *de LL.*
Regnum antiquissimum Regiminis modum & ex jure Patris familiâs
esumtum esse asserit) dum defuncto fortè Patre familiâs, quisque
liorum peculiarem suam hæreditatem cerneret, idem tamen denuò
derat periculum, ne potentiores familiæ debilioribus essent inju-
æ, donec tandem, intuitu amplioris securitatis & perfectioris bea-
tudinis, complures circa procurandum salutem communem, in la-
iorem, certisque pactis stabilitam societatem coiverint. Quam quo-
isquisque majori audaciâ & petulantiâ convellere tentaret, eò se-
riores etiam daret pœnas: quanto autem fortiori vinculo jungeret,
plura pro suâ virili ad prædictum finem perfectè, quatenus res hu-
anæ permittunt, consequendum conferret, tantò etiã luculentiori
ficeretur præmio; *Dn. Pufendorff. l. 2. Elem. Jur. obs. 4. & 5.*
obbes. de Cive, tit. de libertat. &c. Dn. Bæcler in Notis ad Grot. De
re B. & P. Sola autem Suprema Potestas ex consilio sapientiorum
ovideret, ne indomita mortalium improbitas communem gene-
humani incolumitatem tandem conculcaret; ceteris omnibus
sequii tantummodò gloriâ relictâ, donec constiterit Reipubli-
compages.

§. 7. Exinde pleno quasi alveo scaturire videmus, quomodo
ltiplicato statim genere humano civitates ceperint; quantum
testatis concessum sit imperantibus; & unde, à populi nimirum
fragio sive spontaneo sive coacto; & denique, quodnam summæ
testatis ultimum dicendum sit subjectum? *Lamp. d. Republ. Rom. §. 5.*
Thom. Lydyat. de Emend. Temp. p. 4. Bensen. adversus Figlov. Dnq.
ringius de civil. pr. c. 12. Dissent. in his ultim. Horn. de Civitat. l. 2. c. 1.

. 8. Non minùs etiam ex eodem principio cognoscitur, nemi-
i hominum in alterum competere sive contentiosæ sive volunta-
[di]ctionis, (ut ità loquar,) potestatem, quòd nemo membrorum

ſuorum ſit Dnꝰ. tùm etiam, quòd nuſquam de hominis in hominem imperio ab initio à ſummo rerum moderatore expreſſè quicquã appareat ſancitum, ſed auctoritatem cuivis, quatenꝰ libertatem arbitrii benè vel ſecus otio ſuo commodaverit, rependendi in extremo illo longeque terribilisſimo Judicio ſibi reſervaverit. Cui conſequens eſt, omnem à Majeſtate injunctam pœnarum irrogationem, ejusdemque duo, ſecundum Platonem, ſecundum Taurum Philoſ. apud *Gellium 6. Noct. Attic. c. 14.* tres effectus νουθεσίαν, τιμωρίαν, & παράδειγμα civilis conjunctionis duntaxat conſervationem ſpectare, *Cic. 3. de Offic. Joh. Dallæus d. pœn. & ſatisfact. l. Rhet.* 10. 8. *Vol.* 13. ipſamque delictorum qualitatem inde potius, quàm ex objecto prudenter eſſe trutinandam, *Gail. 2. obſerv.* 110. *R. J. de anno* 1512. *Grot. 2. de J. B. & P. c. 20. L. 16. §. pen. & ult. ff. de pœn.* Vt vel ſic ex mente Johannis Gerſonis pœna ad culpam revera ſeſe habeat correlativè. *Vasqv. l. 2. Controverſ.* 55.

§. 9. Ad eundem planè modum non tantùm ea, quæ ſaluti civili obſunt, evitare diſcimus; ſed & ab alterâ parte communibus viribus in id ſedulò laborare cogimur, ut quâm optimè, usq; dum inter vivos oberramus, de eâdem mereamur. Merita iſthæc generaliori appellatione virtutum nomine nobis jam venient, circa quas laborem ſumtusque mortalium perpetùò depugnare eleganter Pindarus, Lyricorum ocellus cecinit, *Ol.* 5. quippe, quod περὶ τὸ χαλεπώτερον δεῖ γίνεται τέχνη καὶ ἀρετή. *2. Nicom. 3.* Harum verò ſemina longè lateque diſperſa, ſi quis fructus ſuos rectiùs quàm inter plures exponere poſſe aſſerat, næ ille nondum vim Practicæ Philoſophiæ callere videtur. Fructuum iſtorum complexus Vniverſalis apud plerosq; audit Juſtitia, virtus fulgore ſuo Heſpero, & pulchritudine Phosphoro multùm ſplendidior; quam velut prudens LLator introducere contendit, ſic fortaſſis circa eandem officium JCti vires ſuas exantlabit, *Magnif. Dn. Habn. O. ad π. de J. & J. n.* 13. Vnde apparet falli illos, qui moralia privatis, publicis politica tantummodò inſervire exiſtimant. *conſul. celeber. Dn. Conring. in acroamatico de Civili prudentiâ lib. c. 6.* Reperiuntur tamen & alia nonnulla quæ, licet non ſint Juſtitiæ propriè dictæ, ſed dilectionis Officia, interim non tantùm cum laude præſtantur, ſed etiam omitti ſæpè ſine culpâ nequeunt. Quo-

rum

um conſideratio itidem hoc loco non temerè eſt negligenda. *Grot. l. 2. de J. B. & P. Cic. 3. de Fin. & pro P. Sexto.*

§. 10. Quoniam porrò omnis perfectio perfectibili proportinata ſit oportet; Practicæ autem Philoſophiæ propoſitum agere de humanâ beatitudine, liquet ſanè, non eſſe ſubſiſtendum Practico in felicitate hujus vitæ, ſi certè animæ conjunctæ immortalitas ratiocinatione ſit inveſtigabilis; quin etiam, cum Naturalis religio, vel ipſo Polybio, homine Atheo, teſte *l. 6. de milit. ac domeſt. Rom. Diſcipl.* ſit *B*aſis Rerumpubl., adeòque nomen civilis ſocietatis conſummare ſoleat, eandem ad hanc claſſem referendam eſſe apparet. Veruntamen perinde ut vitiorum privatorum Pœnam, ejusque nominis virtutum remunerationem ſummus ille rerum arbiter, ſibi reſervavit, [Neq; enim de occultis judicamus, *Notiſſ. cap. 3. x. de Simon.* neque etiam manifeſtis ſemper ob ſublimiorem SALUTIS POPULI .. deferendum]; Sic quoque in veri cultus ſui contemtores ipſe ſuo tempore animadvertet: Novimus enim quod religio Chriſtiana, veram veri Dei cognitionem, indeque dependentem verum Ejus cultum unicè monſtrans, cum ſimpliciter non faciat ad ſalutem Reipubl. & ex parte opus ſit intellectus, qui *LL.* humanas non audit, *Lactant. l. 5. Div. Inſtit. c. 200. Barclai Argen. l. 3. c. 5. Savedr. ſymb. pol. 7. p. 213.* neutiquam mandari, ſed in quantum unà opus eſt voluntatis ſuaſionibus tantùm vinciri atq; propagari debeat, *Grot. d. J. B. & P. c. 20. n. 40. & ſolidiſſimè Excellentiſſ. Dn. Conring. in Not. ad Lampad.*

§. 11. Et quanquam non ſolùm tacitè in ea omnia, quæ conjunctas ſedes noſtras tuentur atque amplificant, conſenſerimus, ipsàq; virtus ſit res omnium Pulcherrima, optima & utiliſſima, cunctaque in ſe contineat, applaudentibus Ariſt. *1. Eth. c. 8.* Thalete *apud Plutarchum in Sympos.* Plaut. *in Amphytr. Act. 2. Sc.* 2. Senecâ *de beat. & 3. c.* 18. accidit tamen ſæpenumerò ob affectuum ſeditioſam turbam, mentis cæcitatem & appetitus depravationem, ut prudentiæ noſtræ idem eveniat, quod equorum Circenſium moderatori, nec niſi ob aliud quippiam exterius, miſſo vitiis nuncio, virtuti ſtudeamus. Externa illa ad virtutem incentiva præmia nuncupamus, quorum ſpecies ut inter mortales multum variant, ſic quoque magnâ prudentiâ populi genio à gentium moderatoribus ſolent accommodari.

 Unanimi

Unanimi tamen quorumvis consensu, Gloria, Honores ac Dignitates primum inter illa occupare locum est in confesso; quin & initio soli virtuti, tanquam omnium operationum humanarum longè difficillimæ & elegantissimæ, hæc felicitatum trias erat destinata 1. *Ethic.12. μακαρὸς δὲ ὁ ὀρθὸς οἶμος ἐπ' αὐτήν*; ut inde etiam prudentia Civilis, quæ circa alteram ejus partem occupatur, passim Architectonica apud Philosophum audiat. Licet autem non pauci illaudatis viis sacraria honorum, perruperint, quorum sat multorum hinc inde meminit Princeps nostri ævi Historicorum Jac. Aug. Thuanus; Non tamen impunè hoc ipsis cessit, dum nominum ipsorum immortalia vituperia apud posteros ignominiosè propagantur. *Diod. Sic Biblioth. l. 10. Tacit. 1. Hist. 5. 2.* perinde scil. ut & alii, qui egregiis quidem meritis erga Rempublicam, famâ vitam suam extenderunt, nondum tamen fastigium Dignitatum idcircò scandere potuerunt.

§. 12. Dignitas quippe peculiaris existit species honorum à famâ pariter atque gloriâ longè distinctissima. Quemadmodum enim propter honestatis & gloriæ similitudinem, quasi quodam jure naturali nominis sui longævitatem homines affectant (siquidem indubitatum satis præclaræ indolis, animique ad virtutis studium apti indicium sapientibus, si vel in puero, qui victus fleat, tale quid appareat, Xenoph. *in pæd. Cyri, Isocrat. in Epist. &c.* Quin & in hoc ex disciplinâ divi Platonis unica præclaræ institutionis ratio consistat) ità quoque manifestum est, famam quidem extra societatem; Dignitates autem non nisi in Civitate posse parari 8. *Eth.* 8. De Famâ verò, Honore & Gloriâ aliàs, & jam tùm vir Consummatissimus Marqu. Freherus. Nos impræsentiarum de Dignitatibus nostræ Reipubl. breviter licèt & exotericè pro temporis angustiâ moris ergò differemus.

§. *13.* Ut ergò honos artibus, arduis factis gloria; Sic Dignitas solis Virtutibus mansit: Non quod hæ propter illam, siquidem cuiq; conscientia sua satis amplum exhibet theatrum, eoque nomine Virtus seipso sit contenta, quæ nullam se dignam mercedem nec invenit, nec requirit; sed quod animi nostri ad desidiam & libidinem proniores, ceu jam tùm dictum, hoc quasi parenthyrso tacti, rationis imperium eò libentius agnoscant, *ἀρετὰ γὰρ ἐπαινεόμενα ἀέξεται.* Apposité hic satyricus *sat* 10.

- - - Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas - - -

Ad

d eum ergò modum dum honores præter incentivi ad virtutes io etiam, publici ſcil. de eâdem quadantenus comparatâ teſti- onii defunguntur munere, factum ut etiam ſummo ſtudio â pru- entibus quoque & optimis quibusvis expetantur 1. *Eth*. 5. *Philo ud Stobæum ſermon* 45.

§.14. Dum verò expeti honores notanter dicimus, in propatulo exi- t, nec eos in poteſtate honoratorum, ut in trivio quoq; fertur, eſſe, q; â quocunq; impetrari vel poſſe vel debere; Adeoque nemo te- erè applauſum vulgi eo nomine venabitur, cum quod totius populi ntentiæ in unum, penes quem eſt τὸ κύριον, ſemel collatæ, tùm am, qnod inepti cenſeantur plebei rerum æſtimatotes: Teſtibus tem non teſtimoniis creditur, atque â laudatis laudari, vera de- um laus Antonini φιλοσοφωτάτȣ judicio exiſtimatur. Interim nec ıltitudinis favor Sapienti aſpernandus, ſive quod in tanto ho- num numero plurimi etiam boni adſint, ſive quod communis publica populi ſententia non prorſus abjicienda *l.Rhet.c.5. Plin. Epiſt*.18. Nemini tamen ambitus eorum, ut pote Boni alicujus vilis & ſummo proximi, modò intra modeſtiæ cancellos ſubſi- t, cuiquam vitio verti poterit. *Dn. Hahn. O. ad. L. Jul. de amb.*

§. 15. Pateſcit porrò honores rem eſſe communem, adeoque n privatâ, ſed potius Communionis, ob frequentisſimi Philautiæ ii metum, autoritate aſſumendos; Hanc autem cum repræſentent uâcunq; Reipublicæ ſpecie, illi penes quos eſt τὸ πολίτευμα, ſole em meridiano clarius eſt, inter partes S. P. C. ſeu ut Dd. loquun- , inter Regalia referendum quoque eſſe jus Dignitates diſtribuen- *Ariſt. 4. Polit. 15. 5. 13. 6. 8. Sixtin. l.2. de Reg. c.* 15. Ut ſilentio præ- eam, impoſſibile eſſe ut vel unus vel pauci exactè tantæ regendæ publ. moli ſufficiant, neque auribus, oculis, manibus, pedibusq; nis neceſſe habeant; Quæ Perſonæ, cum Principem Dignitate re- ſentent, quæ invidia quò minus ipſa Majeſtas Jus conſtituendi giſtratus omnis generis habeat, ſed hos potius ab extrinſecâ pote- , neſcio quo jure, ſi Dîs placet, divino ſubnixâ, immani Reipubli- detrimento emendicare debeat. Præterquam enim, quod Maje- ſit fons ac ſcaturigo omnium dignitatum, [quod noſtri de Impe- re ad ravim usq; ſolicitè, ſed minus accuratè ex LL. Romanis cre-

pitant]

pitant] totam ferè Regentis autoritatem (in cujus tuitione utramque Politici ad conservandum præsentem statū ponunt paginam) his ipsis sustineri, notius est, quàm ut probari egeret, nisi lugubri Sacræ tyrannidis Pontificiæ reminiscentiâ, fera seculi XII. tempora fidem assertionis ultro nobis suggererent. Tùm enim Calixti II. instinctu Henricus V. Cæsar à synodo Rhemensi, (violatæ fortàssis observantiæ Parentibus debitæ pœnas daturus) anno 1122. Wormatiæ palàm amplissimæ potestati dignitates Ecclesiasticas conferendi renunciare cogebatur, *Lehm. l. 5. Chron. Spir. c. 42.* uti vim fulminis Vaticani elideret, quod tamen hodiè, ringente licet curiâ & querulante *Petr. Firmiano in dissert. 2. de secul. gen.* singulari Dei beneficio alto supercilio despicimus.

§. 16. Duo itaque hæc sunt fulcra struendæ pariter ac servandæ existimationis in Republ. circa quorum tractationem magnæ est prudentiæ ità mores suos componere, ut nec severitas amorem, nec benignitas autoritatem minuat; Ut adeò duobus istis vocabulis, quasi palmâ in pugnum contractâ, latepatentes autoritatis struendæ artes, largà manu à Civilis Prudentiæ Præceptoribus, cum primis vero πολιτικοτάτῳ Dn. Forstnero *l. 2. Annot. ad Tacit.* suppeditatas, complectamur; Unde & Democratiæ apud Romanos jacta esse fundamenta, cum duo hæc Populo à Patribus concederentur, prudenter more suo animadvertit Polybius. Nec v. tantum Respublicas, sed & ingentes ac immanes exercitus in officio istis posse contineri docuit Wallensteinius, cujus uti dona nunquam infra mille Ducatos, sic pœnas nunquam infra vel citra mortem constitisse narrat *Galeatius Gualdus 3. Hist. jung Forstn. 3. Annal cap. 35.* Et quotusquisque nostrum rerum adeò est ignarus, quin noverit, hæc ferè Principes in pactis seu Capitulationibus præ cœteris juribus sibi reservare solere. Neque enim temerè quis inficiabitur, inter alia securæ, in tantis Patriæ turbis, aulæ Polonicæ fulcra, non ultimum hoc esse, quo de nunc verba facimus; quod sanè, nisi paulò (ad Indigenas scilic.) esset restrictius, sine dubio jam alia inclyti Regni appareret facies. *Vid. Francisc. Marin. de. Statu Reip. Polon. Cap. 6.* Sic Galliæ quoq; Consilium illud, quod tùm vulgò ferebatur, non infeliciter à parte aulæ cessit, cujus auspiciis Reges ad pleniorem Monarchiam & addictius

subditorum

bditorum regimen aspirantes, non tantùm Proceres variis modis nsim carpendos, sed vel præcipuè, nec dignitate, honore, cæterisq; uneribus mactandos, nec in eorum gratiam hujus notæ quippiam is conferendum censuerunt, *Thuan.* 57. Et fortassis hodieque Lusiniæ colla Castiliano premerentur jugo, nisi Bragantino Duci hono- s honoribus infelix ille Ministrissimus Comes Olivarius cumulas- . *Vid. Relat. de laps. Conte. Duca d' Olivarez.* contra morem Philippi prudentissimi Principis, qui satis suo munere sibi defunctus videtur, si inusitatis quidem honoribus, v. g. Aurei Velleris, & ut in nplo proximus Regi assideret, nihil autem opum vel potentiæ eim adderet. *Hieron. Connestag. d. Bell. Lusit.* 8. *Forstn. ad Tac.* 1. *nal. p.* 223.

§. 17. In eo itaque cùm tantum sit momenti, ut ipsimet Reipubl. gentem mutationem pededentim & κατὰ τὸ μικρὸν inferat, mirum n est, si hæc præ ceteris quoque potestas intra certos carceres Leus fundamentalibus coërceatur; ne videlicet vel peregrinis, vel lignis, vel ineptis vel justo pluribus, isthæc præmia decernantur; justè distribuantur, sive mediatè, sive immediatè, quod non muln refert. Eâ enim in parte hinc inde multum peccari videas. Inest autem, quis cuique adhibeatur negotio; siquidem pleræ dignitates arduo muneri sunt junctæ, ut adeò ex horum conone Principis, cujus stipendio in Publicis aut Palatinis munerifunguntur, fama vel excelsa sit, vel transeat in deterius. *Joh. Bar-* 1. *Argenid.*

. 18. Præcipua igitur rerum cura erit, illis dignitates concedere, exemplum Constantini Imperatoris,) qui iisdem ferundis sint es, ne notam apud prudentiores cum Ludovico Sfortiâ, Prin- ceteròquin callidissimo, incurramus, qui Galeacio Sanseverino emam Imperatoris Bellici dignitatem non sine manifesto peri- commiserat, *Guicciard.* 4. *hist.* perinde ut Eugenius Papa quon- Balthasaris Offidani operam maximis dignitatibus remuneratantùm quod, quo tempore Pontifex urbe profugerat, ille Hani molem custodivisset, *Sigon.* 6. *Hist.* Imò ad eundem etiam Lam fortissimum Imperatorem Carolum V. impegisse, cum Dim Mendozam summâ omnium apud se gratiâ valentem, sed

imparem omninò tanto oneri, rerumItalicarú longè honoratissimæ procurationi admoverit, *ex Joh. Baptist. Cin. de vitâ Cosmi*, Forstnerus animadvertit.

§. 19. Idem prorsus de Dignitatibus illis, quæ absque muneribus seorsim subsistunt, attendi solet, cùm ut prensationes Competitorum submoveantur, tùm etiam ne ob insignes ejusmodi abusus vilescant. Istud contingit, si fortè novus Princeps suis, qui privatum coluerant, vicem reddere, sibique notiores & propius hærentes arctiùs conciliare cogatur; ubi tamen, quantum circa immemoris officii notam admitti potest, ars scitè negandi (quam *Boterus* vocat) suppetias feret; ceu *Hieronymus Connestag. in Lusit. cum Castil. conj.* refert, devictis Lusitanis, quorum tametsi magna ratio habita fuerit, sicque aliis dignitates, aliis annuas pensiones Rex concesserit, tantam tamen fuisse præmia exposcentium multitudinem, ut ne universis regni tributis iis satisfieri potuerit.

§. 20. Si qui autem honores hactenus etiam indignis & immeritis concessi, eviluerint, novos ad exemplum Henrici III. Galliarum Regis antiquo S. Michaëlis novum Spiritus S. Equitum Ordinem superinducentis, excogitare licebit, *Forstn. ad Tacit. 4. Annot.* 37. modò præmia temporibus, moribusque Reipubl. conveniant, ne risum cum Scipione Ammirato incurramus, qui rem à seculi genio abhorrentem, coronas civicas, obsidionales, murales &c. ex Lauru aut gramine factas, in usum reducere hortatur. Porrò, perinde ut illis hactenus non semper invidendum quibus fortuna pro virtutibus fuit, & fata per casum favorem superiorum conciliarunt, sic turpissima honorum nundinatio omnium cordatorum proscinditur invectivâ, nisi quod utilitatem instituti in Galliâ (ubi hodiéq; Legum turpe istud lucrum, in ultimis comitiis 1614. abrogantium, *teste Gram. l. 1. Hist. Gall.* contemtu prævalente, maximum Regio fisco affertur additamentum, *Joh. Laët descr. Gall. p.* 226.) Venetiis & Aulâ Pontificiâ aliis de Causis Barclajus & Pontanus defendant. Bodinus certè *l. 6. c. 1. & l. 4. c.* 4. nullum hoc lucro statuit esse detestabilius ac periculosius. *jung. Septal. l. 2. de Rat. stat. c. 16.*

§. 21. Ulterius probè cavendum ne extraneis temerè hæ fores; sed

indigenis ferè solis patescant; ceu in omnibus benè constitutis
buspubl. seorsim plerumq; cautum est; modò ne nimis hanc ipsam
itelam more Hispanorũ restringamus, qui, licet dissuaserit *Mariana*
ilippo III. *l.* 3. *d. Reg. c.* 4. Solos Castalonios Nobiles per utrumq;
pem amplissimis dignitatibus & muneribus *Bobadill. pol.* 1. *c.* 12.
nmâ cum injuriâ Catalonum &c. ornant. Non autem præter ra-
nem apud Politicos *&* *Dn. Pufendorff. de Oblig. adverſ. Patr.*
iús traditam, indigenis honores præ aliis conservantur, siquidem
ensentur inter res communes, de quibus nemo, nisi de iisdem in
nut P. benè meritus ex societate participat; Id quod Romanis quo-
e & Hebræis, Græcis aliisque moratioribus gentibus æquissimum
nper visum. *Deut.* 17. *l.* 17. §. 4. *ff. ad municip. Chaff. catal. glor.*
nd. p. 11. *Conſ.* 22. *l. ult. C. de Off. Prat. Liv. l.* 23. ut Pontifici tandem
suâ Hierarchiâ hoc ipsum placuerit, *c.* 1. *diſt.* 23. *c. ne pro defectu*
ad Elect. c. 4. *de Cler. per Roch. à. Curte Rubr. d. Inſt. Epiſc. n.* 74.
m dicendum de Gallis teste *Bugnon. l.* 2. *des Loix abrogees. Boc-*
t. p 2. *de droict d' aubeine ch.* 11. nisi quod insolita planè Maza-
ii prudentia, nec tamen absque turbis, non adeò nuper LL. pu-
cas in eo fefellerit, (quale quid & Miltonus in defensione popu-
Angl. nomine civium suorum querebatur.) De Germania
stra testatur *Capit. Car. V. O. C. d. Anno* 1495. *R. J. Anno* 1548.
Rec. Imp. 1542. *&c.* De Batavis H. Grotius *in introd. Juris*
land. l. 11. *p.* 13.

§. 22. Omnium verò optimè sibi videntur in eo prospexisse Po-
i, gens verè Slavonica seu gloriosa, ubi anno 1514. inter R. Ludo-
& Ordines Regni Cassoviæ conventum, ne vel arcis aut oppi-
præfectura externo cuiquam conferatur, quod & deinceps non
tùm Vladislao Jagellone in comitiis Jedlinensibus 1430. *Mart.*
mer. l. 13. *Hiſt.* sed & perpetuò ferè fuit repetitum, *Maximilian.*
dro. p. 81. quanquam horum mori planè contrarium quid, pru-
tissimo profectò ad æqualitatem civium tuendam consilio, in su-
mâ Regiâ dignitate constituendâ observent; dum deficientibus,
in aliquam Sceptrorum spem domi nati erant, Piastum eligere
prohibentur; quemadmodum Bodinus ex Legatis Polonicis ad
ricum Vallesium in Galliam missis se audivisse testatur *l.* 5 *de*

gnitates destinaverint; Et cum militares artes per pingue & diuturnum otium ignoraverint, factum id, quod *Tacit. 12. ann. 12. 1. hist. 5.* fieri in simili rerum facie, asseruit; ut industrii cum ignavis eòdem habiti sint censu, siquidem magnis meritis & præmiis non idem in pace, qui in bello, locus

§. 26. Longè rectius scopoque Reipublicæ suæ convenientiùs Germani, gens bello læta, præcipuis honoribus virtutem militarem afficiendam judicarunt, & primitus quoque, *teste Polyhistore Reinero Reinectio, fulgentissimo quondam Illustris Academiæ Juliæ Lumine d. orig. Nobil. p. 138.* Nobilitatem habuère hæreditariam, Regumq; inde seminaria fecere. Iisdem postea Nobilibus, quò perpetuo quasi milite præsidiario Respubl. tutaretur, & abjectâ curâ sustentandæ vitæ, (quæ inimica est virtuti, ut exemplo plebeculæ Aristot. pluribus docet,) dignitatem opibus sustentarent, certa prædia solennibus Ceremoniis indulsère; Unde orta feudorum jura, in quibus Valvasores Majores Ducum, Marchionum, &c. titulis splendent, Valvasini v. seu Nobiles non Titulares, Militum appellatione perpetuò insigniuntur, *1. F. 1. 2. F. 10. 1. F. 14. 2. F. 27. §. 3. Vid. Aur. Bull. Ord. Reg. August. 1500. tit.* Von der Ritter und Knechte Steuer. Ut non ineptè *Crantzius l. 9. Saxon. c. 30. & 38.* Nobiles esse generis militaris pronunciet.

§. 27. Prædia illa vocabulo Longobardico feuda, ab interpositâ fide, dicta fuere, & vulgi usu nobilia, ut adeò haud difficulter pateat, præter causam Dd. laborare in feud. nobilis definitione, quod nullum aliud est, quàm cui militiæ onus est annexum, non autem possessorem nobilitat *2. F. 10. Vult. d. feud. c. 8. n. 16. Arum. disp. feud. 2. thes. 46.* Unde quod hæc vel illa prædia sint equestria, s. nobilia, ex antiquo majorum instituto dependet, quo militia non amplius viritim, sed pro numero mansorum, seu quantitate agri fieri cepit, ob equestrem militiam sumtus graviores requirentem; Cui tum demum studiosiùs operam dederunt Majores, cùm Franci in Gallias, (ubi Druides & Equites, *notante Cæsare l. 6. d. bell. Gallic.* Principem locum in Republicâ tenebant) migrassent, & ut eò promtius eidem assuefierent, ludos equestres Henricus Auceps instituit; ad quos proinde plebejos admittere nefas ducebant. *Nolden. d. nob. c. 8. §. 1.* Hoc

respectu

pectu communiter Nobilium & Equitum nomina promiscuè sumuntur, *Webner. Obs. pract. verb.* Ritterschafft.

§. 28. Fortassis etiam illos mores Gallorum expresserunt Noles Germani, quod exin urbes vitare ceperint, reliquos autem, os Henricus Auceps in Civitatibus, metuens ab Ungarorum irruione, virtute militari præstantes Nobilium ordini ascripsit, Patrios vocaverint, secus atque in Italiâ & Hispaniâ moris est, ubi utraq; bilitas, sive ruris, sive in urbibus degat, æquali gaudet dignitate, *cchiavell, l. 1. d. Republ. c. 55. Chassan. part. 5. Consf. 49. Tiraq. de Noib. c. 2.* Cum in Civitatibus habitare Britanni Nobiles ignominiæ o existiment *Choppin. l. 2. d. priv. rust.* Sed de Nobilium atque triciorum jure aliàs, hæc verò in transcursu occasione Dignitam de iis notasse sufficiat. Plenâ manu enim nobile istud argumentum Dd. plurimi pertractant, qui in omnium manibus itim exstant.

§. 29. Cum tamen nulla Respublica bellum unicè adamet, ut n & pacem amplectetur, duo necesse est adsint tempora, quorum umque uti peculiaribus subsidiis, sic apprimè pax & quies bonis ibus indigent. Unde conficitur duo esse quæ Rempubl. confernt ac tuentur, LL. & Arma, 3. *Polit.* 8. 1. *Rhet.* 4. quæ proinde Acrsio, perpetuo Juris Civilis Glossatori, *in gl. ad. Const. d. Just. C.* *f.* duo mundi brachia, LL. & Legiones audiunt; Idcircò liquet, n virtutem quæ pace, quàm quæ bello valet, ceu alius cujusvis nitatis, sic & Nobilitatis parandæ aptam natam, & tantum non osam esse quæstionem, Virtus Nobilitati, an hæc illi præstet? e sola priscis temporib9 unicum emergendi è latebris vulgi fuit redium, cùm omnes initiò pares natura jussisset; Derivato scil. Virtuionore in Nobilium filios, primò à paternis clientibus, deinde omnibus, qui inesse in iis semina paternæ virtutis arbitrabantur *ssn. ad Tacit. 3. Ann.* Incommodè auté intellectualis virtus mili- à Fritzio *de Nob. th. 9.* & aliis opponitur, cúm utraque tàm mos, quàm intellectualis, sororio vinculo invicem cohærendo agatam & Togatam oppertunè distinguatur, nec Prudentia rtitudine in Imperatore Bellico (siquidem tanti nominis mensu- explere gestiat (possit desiderari nisi quod ab Ulysse Ajaci *apud d. Metaph. 13.* sibi quoq; objici malit:

Tu

- - *Tu tantùm corpore prodes,*
Nos animo - - - .

§. 30. Adeoq; non est dubium, quin & illi, dum vel prudentibus consiliis Summ. Potest. assistunt, vel etiam Juventutē ad usum Reipublicæ formant, præclarè de Republ. mereantur, & eo nomine omnis generis dignitatum, ipsiusque nobilitatis sint capaces, *Novell.* 117. *cap.* 4. *circ. fin. l. providendum. Cod. de postuland.* Quanquam non exinde fluat, ut communiter in propriâ causâ concludunt, Doctores qui quoad participationem privilegiorum nonnullorum Nobilibus exæquati sunt, *R. J. de anno* 1500. revera nobiles effici, *Finckelth. disp. Feud.* 4. *th.* 11. *Einsidel de Reg. c.* 2. *n.* 140. siquidem facultate nobiles creandi ne Principes quidem Imperii (exceptis ob speciale privilegium Serenissimis Austriacis, & Comitibus Palatinis Rheni, *Freher. ad Pet. de Andlo. l.* 2. *c.* 11.) multum aliâs de Juribus Majestatis participantes, gaudent, multò minus Academiæ. *Dn. Limnaus l.* 6. *d. I, Publ. c.* 1. Quod si autem fortè concurrant in ambiendis Dignitatibus, sine dubio nobilibus, sin virtute valeant, palma deferenda; Sin minùs, præsentem Rempubl. præsens & propria virtus juvabit, non enim scientiam supplet Nobilitas; Cui non officit, quin nonnullæ dignitates solis genere nobilibus possint reservari. *Hippol. à Collib. in suo Nobil. l.* 31. *Reinkingk. d.* 8. *c.* 10. *Perez ad C. de dignit. Piccart. in l.* 4. *Pol. c.* 3. *&c.*

§. 31. Sed nec aliis Fortunæ bonis excellenti denegatum est adspirare ad dignitates, cum v. g. Divitiis quoque, in Oligarchiâ præcipuè, de Republ. benè Mereri possimus, *Arist.* 4. *Polit.* 8. ibique *Piccart.* 5. *Pol.* 1. Hæc enim ex majestatis arbitrio dependent, judicare utrum bono aliquo civili dignitatem in Republ. meruerit Candidatus: Veluti de familiis nonnullis ditioribus, quarum subsidiis res Scotorum ejecto Bothvelio Rege, stetére, nobilitate insignitis, luculentum habemus apud *Buchanan.* exemplum, ut non sine causâ *Paschal. in Legat. c.* 39. inter ea quæ præcedentiam, & sic quoque dignitatem tribuunt, opes etiam annumeret, *Menoch. Consil.* 126. *n.* 26. *Cephal. Cons.* 615. *n.* 137. *lib.* 5. Modò caveamus, ne solâ gratiâ aut solis divitiis Nobilitatis æstimationem circumscribamus. *Nolden. c.* 3. *n.* 23. cùm dignitatum nundinatio post simoniam omnium

habeatur

beatur turpissima, & periculosissima, ceu contra Galliæ suæ conetudinem pluribus disputat *Bodin. l. 6. de Rep. c.* 1.

§. 32. Sic Genuæ quotannis decem ex plebe Nobilium numero jici, ò per richezze, ò per virtu, constat ex *Thesaur. Polit. Relat. Rep. Gen.* Et apud Ventos non solum dignitatem Optimatum au- redimi, sed & officia pleraque esse venalia supra diximus, tametsi oc tempore vel necessitatis, vel intuitu conjunctæ cum opibus virtis fieri asseveret *Janott. d. Republ. Venet. p.* 239. Neque tamen ctenus quicquam inde incommodi exstitit in antiquissimam Rembl. quæ ultra 1200. annos tranquilla tuta ac felix perseveravit, *Conren. l. 5. de Republ. Venet.* Quanquam ridiculum sit, quod jactant eneti, Rempubl. suam nunquam mutatam esse à pristinâ formâ, sed uis primordiis ad hæc usque tempora unam & eandem perstitisse, *icol. Crass. in Not. ad Janot. q. 89.* Cum tamen Ducum potentiam st tempora Petri Zyani, (qui rerum potiebatur Anno Christi 1205.) rum legibus latis temperatam fuisse, ex ipso Jannotio *d. Rep. Ve-. p. 59. 67. & N.* facilè probari possit.

§. 33. Parum autem interest quoad effectus Juris, immediatè à Majete, an verò per alios, præsens an absens, (excepto casu *l. 2. C. Vt dign. do serv. Magnif. Dn. Brunnam. ibid.*) quocunque modo, sive per fragia, sive per sortem, sive motu Maj. proprio, sive ad preces & plicationes Candidatus scandat dignitatum gradus; nisi quod ex tentiâ nonnullorū dignitas affectata & prensationibus atq; preus acquisita non ita plenè prosit, *Alban. in not. ad Br. ad. l. 3. ff. d. qui sui vel alieni jur.* velut hoc ipsum ad effectum SCti Macedoni- accommodat *Magnif. Dn. Godofr. de Jenâ in elegantiss. tract. de oMaced. aph.* 7.

§. 34. Per sortes autem ab antiquissimis temporibus honores epubl. legimus esse decretos, *v. Troil. Malvet. de sort. p. 3. n. 7. m. Gataker. Londinas. Mich. de Lun. & Arvellan. p.* 936. De Ronis salva res est, testibus *Tacito in Agric. 6. 3. l. 1. §. 2. d. quæst. er. Maxim. 6. 9. Dion. Hallicarn. l. 9. Antiq. Rom.* 10. De Atheniensimemorat *Pol. 10. Arist. 2. Libanius in Androtian & Thucid l. 8. Keker. Magistrat. Athen. c. 3. Disp. 3. de Republ. Atheniens. c. 4.* quod ipsum m in Ecclesiasticis, *non obst. c. 3. de sortileg.* observare licet, præ-

sertim

fertim si de negotio Electionis aliter conveniri non potuerit, *Suarez. de Relig. l. 2. c. 12. Azor. Instit. Mor. Tom. 1. c. 21. l. 9.* Quâ de causâ in Electione Pontificum Romanorum, aliorumque Regum ac Summorum Principum sorti locus datus est. *Vid. comment. de Elect. Urban. VII. & Innoc. X. à Celeberrimo Dn. Conringio edit. Moltken de Conclavi. Paul. Orof. l. 2. c. 8. Tiraq. d. Jur. primog. q. 17. Godelm. d. Magis l. 1. c. 9. n. 9. Bodin. l. 6. de Rep. c. 5.* licet Democratiæ & Aristocratiæ Electio per sortes magis conveniat. *Septal. de Rat. stat. l. 4. c. 6.*

§. 35. Perlustratis hoc modo origine, Auctore atque subjecto Dignitatum, & circa ea omnia observandis cautelis, recto nunc pede progrediendum esset ad varias earundem species, & singularum effectus, quin & in genere omnium Jura, donec ad contraria quoque, quibus nempè modis extinguantur, deveniamus. Verum enim verò siquidem hujus generis pleraque partim *à Dd. ad Rubric. & Tit. C. de dignit. Ut dignitat. ordo servetur d. Consul & non. sparg. &c.* partim verò à Bono Curtillo, Sinibaldo Vbaldo, Simone Simonio, ceterisque de Nobilitate scriptoribus, plus satis hinc inde sint excussa, ut temporis rationē habeam, impresentiarum quidē hæc dimissa commodiori otio reservamus. Ordinis tamen servandi causâ summa horum, jurium præcipuè, capita rudi penicillo adumbrâsse, fortasfis non præter rem erit.

§. 36. Jus verò hîc nobis denotat rem incorporalem seu potentiam moralem activam, personæ competentem, ad aliquid ab altero necessariò habendum; Sive, ut magis perspicuè dicamus, Facultatem, quam ad aliquid homo habet, cujus intuitu dicitur Jure suo uti, *Molin. d. J. & J. tr. 1. disp. 2.* Siquidem facultas & potestas hic ferè Synonyma sunt, 1. *Nic. 4. l. M. M. 11. 1. & 12. L. 1. & 3. ff. quod quisq; juris l. 215. d. V. S. Magnif. Dn. Habn. d. Jur. rer. c. 1.* Ejusmodi ergò Jura omnibus dignitate quâdam fulgentibus ad 4. fere Classes referri quàm commodissimè videntur. Præsumtionum *Hornei. l. 3. d. Phil. Moral. c. 13. Petr. Friz. d. Nobil. th. 22.* Reverentiæ *Nolden d. l.* Exemtiónis ab oneribus & muneribus *Hippol. à Treispach* Ritterschafft. *Session: n. 189. Guid. Pap. q. 169. 184. 187.* Et in pœnis temperamenti *L. capital. §. non omnes, ff. d. pœnis c. ea quæ. n. 5. d. stat Monach. ibiq; Zabarell. Vid. celeberr. Dn. Brunnemann. ad Tit. C. d. dignit. Perez.*

rez. ibid. Quorum ſingula momenta perſequi, nôſtri non eſt inſti-
tuti, modò ὡς ἐν παρέργῳ Duo præ ceteris quaſi obſervemus: Alte-
rum, quatenus immunitas iſta extra caſum neceſſitatis accipien-
da, *l.2.C. d. quibus mun. nemin. ſe lic. excus. l. 1. C. ut nemin. liceat.*
mpt. ſpec. ſe excus. l. jubemus 11. *C. d. S. S. Eccleſ. Heig. p.1. qu.* 18. *Frid.*
Mind. d. Mandat. l. 2. *c.* 45. *Myns.* 4. *O.*20. *Dn. Carpz. l.* 4. *tit.*10. *Reſp.*
75. *n.*17. Alterum quod jus προεδρίας ex Reverentiâ deſcendens,
omninò ſalvâ conſcientiâ tàm Seculares, quàm Eccleſiaſticos inter-
dum tueri poſſint, modò ne publica ſalus intereà laboret, quod ſu-
perioribus præſertim temporibus contigiſſe, partim Acta publica
cônqueruntur, *Rec. Imp. d. ann.* 1530. 1542. *&* 1544. *Arum. ad Aur.*
Bull. dict. 1. *Concl.* 6. *& Orat de Seſſ. prær.* Partim verò funeſtæ hi-
ſtoriæ teſtantur. *Vid. Lamb. Schaffnaburg. & Naucler. vol.* 2. *Ge-*
*ner.*36. De ipsâ verò Præcedentiâ, cauſis eam producentibus, modis
tollendi controverſias de eâdem ſubortas, & ſi quæ alia hûc perti-
nent, videatur elegantiſſima τοῦ πάνυ Freinshemii *de S. Rom. Imp.*
Electorum & S. R. Eccleſ. Cardinalium præcedentiâ integra Diatribe,
Sprenger. in Pratenſ. Illuſtr. ibidemq; alleg. inſignes Aut. Limn. l. 4.
J. *P. c. ult. Tiraq. c. l. Jung. Jac. Valdes. d. Prærogativâ Hiſpan. Pro-*
m. n. 27. *Beſold. diſſ. d. præced. & prærog. ſeſſ. c.* 3. *Menoch.*
onſ. 129. ex quibus ſic ſatis patebit, quid de Pancirolli, Menochii,
asquij, aliorumque magni nominis JCtorum, ob præcedentiam
lla quoque geri poſſe ſtatuentium, ſententiâ ſit judicandum, quan-
am ſæpiùs hoc contigiſſe nemini non conſtet. *Kirchner. d. legat.* 25.
ert. d. Impp. Germ. c. 23.

§. 37. Ipſi Gradus verò & Diſtinctiones uti aliâs, ſic in Republ.
ôque Romanâ aliter atque aliter ſeſe habuêre. Ab initio qui-
n V. C. Patres, quos exemplo Græcorum opibus, virtute, aut ge-
e præſtantiores à plebe Romulus ſecreverat, diverſis Reipubl. mu-
admoti, Patriciorum & Equitum ordinem, utrumque generis
nitate fulgentem conſtituerant, quorum hic iſto paulò inferior,
verò Patricii ex Romuli cenſu deſcendentes majorum, reliqui
orum gentium dicebantur, *Tacit. l.* 11. *Annal. c.* 25. *Liv. l.* 1. *c.* 15.
troque hoc ordine deſumebantur, qui officiorum Dignitatibus,
ſacris, quam civilibus, tàm belli, quàm pacis tempore macta-

bantur, nisi quod interdum mutatâ Reipubl. facie, Plebs quoque in communicationem jurium horum fuerit adscita. Inter eos itàque, qui sacris vacabant, dignitate omnium primus erat Pontifex Maximus, cui proximè alii quatuor à Numâ, postmodum L. Ogulniâ octo, & tandem Sullâ Dictatore septem subjiciebantur, donec adultis jam Romæ Christianorum sacris, unâ cum Paganismo abrogaretur Pontificum autoritas. Officium & Jura eorum, fideliter & prolixè nobis tradidére *Livius 1. Hist. c. 20. & c. Halycarn. l. 2. Antiq. Rom. Sigon. l. 1. d. antiq. jur. Civ. Rom. Alex. ab Alex. 2. Genial. 8.* ceterique Antiquitatum Romanarum scriptores.

§. 38. Secularium officiorum Dignitate Senatores fulgebant, ex quib9 jam Consules, Censores, Curules, Tribuni, Quæstores, Prętores, Dictatores &c. desumebantur, de quib9 *vid. Rosin. 7. Antiqu. Rom c. 10. Lips. d. Magistrat. pop. Rom. c. 8. 9.* usque dum Cæsares novas istis veteribus addere ceperunt, sicque Præfectuum ærarii, Præfect. Prætorii & Palatii, *de quo officio vid. Jul. Cæs. Buleng. d. Imper. Rom. l. 3. c. 2. Nicol. Hennel. in otio Vratisl. c. 23. Eberlin. d. O. J. c. 16. n. 19.* Præsidum Provinciæ, Procuratorum Cæsaris &c. nomina inolevère, *vid. Guther. de offic. dom. Aug. c. 18. 32. Jul. Capitolin. Cæteriq; Augustæ Hist. scriptores.* A Constantini M. verò temporibus novæ in dies subnatæ sunt Dignitates, Officia atque Tituli, in Cod. hinc inde expressi. Tùnc enim primùm frequentiùs Illustriũ, Spectabilium, Clarissimorum, Perfectissimorum & Egregiorum mentionem fieri apud Historicos & in Corpore Juris nostri Civili animadvertas. Ipse tandem sacratissimus & optimus Justinianus Imperator (de quo calumniarum à Suidâ & Crinito jactarum nec vola nec vestigium apud Jornandem, Agathiam, Corippum, aut Procopium illius temporum synchronos exstat, ceu Alciatus, Giphanius, &c. detexére) maximam omnium Exarchatus dignitatem addidit. Quorum singulorum munia *Pancirollus in Notitiâ Dignit. Vtriusq; Imperii Jos. Scalig. l. 3. Canon. Isagog. p. 339. Eryc. Putean. in Exarch. Hist.* Jura vero & potestatem passim Dd. ad *lib. 1. ff. & libb. poster. C.* cumprimis Cujaci9 & Perezius abundè deduxerunt. Omnium a. solidissimè rem istâ confecit Excell. JCtus, Dn. Augustus Milagi9, hodiè Consiliari9 Anhaltin9 *in Discurs. Inaug. d. Dignitatib.* ut adeò omni ejusmodi operâ in enucleandis Dignitatum

Juri-

ribus à conditâ Româ usq; ad Caroli M. florentissima tempora, super
dere liceat. Nunc autem, quâ occasione splendidissimi Imperii
ostri Romanô-Germanici Dignitates, & à quibus initiis fuerint pro-
ctæ, qualianam in universum omnib9 honore Statuum eminentib9
ompetant jura, & deinceps quibus singuli seorsim gaudeant privi-
egiis, non pro augustissimi argumenti dignitate, sed tenel-
o ingenii modulo, ex latioribus Publici Juris Voluminibus in
num quasi conspectum volante & obtuso calamo congesta, publicæ
entilationi subjiciemus.

§. 39. Principio autem non operæ pretium videtur cum veteri-
us Magistratibus Romanis Principum nostrorum comparationem
stituere, partim quod Germania quidē præter Imperii axioma nihil
um Romanis habeat commune, adeoque Principes & Status Ger-
aniæ ratione officii, patrimonii, autoritate & potentiâ istos mul-
um antecellant; partim etiam, quod non magis jura horum inde
eti possint, quàm ex aliâ quâvis Republ. vicinâ: Etenim in univer-
um Jura Romana ob insignem suam æquitatem ab *Arturo Duk. pe-
ul. libr.* decantatam, non ultra nos obligant, quám quatenus ta-
itè ab initio in privatorum causis sunt recepta, post modum ratiha-
itione publicâ ex instituto fuère confirmata, *Vid. Conr. d. Or. Jur. c. 33.*
Cui tamen lubitum est, eâ de re ob usum Politicum quicquam cogno-
cere, adeat *Dn. Myleri* Archologiā *integro c. 13. ibidemq; Dd. alleg.* No-
tris autem Principibus ab officiis longè aliis, & Romanis ignotis, Di-
nitas sua accedit, quibus dum hi quidem reàpse defunguntur, hi verò
 spem tantummodò eorum nati sunt, officia quòq; alia totum Rei-
ubl. corpus, alia partem ejus; sive in circulis, sive Provinciis respi-
iunt, manifestum hinc denuò fit, totidem quoq; modis horum o-
nium contemplationem hûc esse advocandam.

§. 40. Quandoquidem autem judicio Arist. nostri, veritas rei
ìm demùm quàm optimè perspicitur, si in ipsam originem ejus in-
uiramus; Agedum ab ultimis ejus Principiis Imperii nostri Digni-
tum incunabula investigemus.

§, 41. Omnis autem Germania in varios populos longè latéq;
er septentrionalem Europam dispersa, 400 circiter annis cum Ro-
anis perpetuo bello conflictata est, donec tandem à temporibus

 ferè

ferè Trajani Imperatoris intestinis discordiis scissa ingentem rerum suarum mutationem, quam Tacitus multis retrò annis prævideratt, tandem est experta. Quippe post seculum â N, C. tertium Franci inter Germanos notissimus populus, rarâ armorum felicitate creato sibi Rege, initio ripam alteram Rheni in Frisios usque, postmodum trajecto fluvio Belgicam ac Galliæ nonnullas Provincias, & reversi Alemannos, Thuringos, tandemque Saxones quoque auspiciis victoriosi Caroli sub jugum misère. *Vid. Dn. Conring. d. Fin. Imper. c.*.2. Non tantum autem in hòc argumento, sed & in universum omni Veterū Germanorum Republ. monumenta domestica nos deserunt, si quæ verò supersunt traditionibus & carminibus (antiquissimo nostro annalium genere) ad nos delata, illis ob vetustatis licentiam tutò confidere vix licet, nisi vestigia in lubrico ponere malimus, cúm ne rupes quidem apud Arctoas gentes Runicis literis res gestas â remotissimis usque seculis loquentes, hactenus profectò Americanorum Quipis etiam inferiores, fabularum suspicione vacent. Usque adeò enim secreta literarum (quæ una custodia fidelis memoriæ rerum gestarum Livio audiunt) viri pariter & fœminæ ignorabant, ut contemtâ ob odium ergâ Romanos plus quàm vatinianū Linguâ Latinâ, & seriùs postquā Salvatori nomen suum dederant, paulatim receptâ, scriptam nostratiū linguâ Reipubl. Constitutionem Friderici II. demum ætate anno 1236. tanquam rem insolitam Godofridus Monachus in Annalibus suis memoret. Proinde ad morē Græcorū temporibus nostris in ævū *ἄδηλον*, *μυθικὸν* & *ἱστορικὸν* distinctis, hoc quidem â receptâ pietate Christianâ, rerum nostrarum octo circiter seculorum pangere seriem, istius v. narrationum ac carminum fidem multùm fabulosam, illius reliqua spissas tenebras esse apparet. Neq; etiam ab exteris multúm hinc præsidii exspectabis, cum penes vicinas Germanorum Gentes nulla pariter tùm steterit literarū gloria, Græci autem post florentissimas Ægyptiorum, Chaldæorum, Hebræorum & Phœnicum res iis demùm exculti, in domesticis antiquitatibus infantes fuerint, in peregrinis verò minus quàm infantes sapuerint. Hinc enim factum, ut omnes Aquilonares & Occidentales populos, confuso Scytharum nomine comprehenderint, nosque ipsimet eo aut Celtarum appellatione illis usurpe-

usurpemur. Primus autem omnium Aristoteles Harcyniorum Montium *l. 1. Meteor. c. 13.* non verò ex mente Julii Cæsaris Eratosthenes, fecit mentionem. Ast notior multùm Gens nostra facta Romanis, licèt seriùs itidem, septimum scil. ætatis seculum Urbe agente, Cimbrorum arma audiverint, & posteà quoque Germaniam potiùs triumphaverint, quàm vicerint; deinceps tamen, cum magis magisque interiora perlustrâssent, ipsumque Mare Suevicum s. Balthicum navigâssent, peculiaribus voluminibus non dubitavère quicquid sibi notum consignare. Sed ævi invidiâ cuncta interiere, quæ vel Livius vel Asinius Quadratus, vel Plinius 20. Libris de bellis Germaniæ, ille de Germaniâ, iste in historiâ suâ, aliique memoravère. Quorum omnium jacturam ut modestiùs feramus unus C. Cornelius Tacitus Vir dignitate, eruditione, prudentiâ & elegantiâ planè admirabilis effecit, peculiari de moribus Germanorum libello; *in quem vid. Præf. Dn. Conring.* Sed nec ex hoc multa húc transcribere licet, siquidem ea, quæ ad causam Efficientem pertinent, non æquè solidè ac reliqua trium caussarum genera persequi potuit, ut adeò uberiorem hujus negotii originem à tempestate demum Caroli M. sub quo primùm hæc Imperii Civitas côaluit, repetere cogamur.

§. 42. Veruntamen neq; tùm eadē prorsus ceu hodiè Reipubl. nostræ, inq; eà omnis generis dignitatum fuit facies, cùm Electorum Officiū, quod dignitate, autoritate & potentiâ ceteras omnes longè antecessit, ævo isto serius multùm ceperit, florentibus jam tùm Ducibus & Comitibus, quanquam non ut deinceps factum, omnimodè hæreditariis.

§. 43. Ingens autem hic oritur inter Scriptores Controversia, quonam temporis articulo, quibus ex causis, quâve occasione ceperit Augustissimi Collegii Electorum institutio, aliis quidem causam Præsulis Vaticani accerrimè defendentibus *Hostiens. in C. Venerabilem x. d. Elect. & Elect. potest. Bellarm. l. 3. d. translat. Imp. c. 4. Platina. in Vit. Greg. V. Molina 2. Disp. 24. d. J. & h.* aliis gloriam facti Ottoni III. *Lupold. Bebenburg. d. g. Regni & Imp. Gewold. d. S. R. I. Septēvirat. Cluten. Syll. Rer. Quotid. th. 24. Marsil. Patavin. d. Translat. Imp. c. 11. Schardius d. Elect. Orig. c. 1.* aliis Ottoni IV. Henrici Leonis filio. *Reus n. in Enucl. quæst. Hist. c. 7. Calvis. in Chron. An. 998. Rumelin. ad A. B. diss. 8. th. 7.* aliis

Friderico

Friderico *Lampad. d. Rep. Rom. p. 3. c. 4 Philæc. d. Vicariat. Pal. c. 7. & Cl. D. Heig. p. 2. q. 3. qui optimè, judicio quidem Rutgeri Rulandi in Tr. d. Commiß. p. 2. l. 5. c. 4. n. 18. controversiam istam pertractat. Buxt. ad. c. 1. A. B. th. 14. Schieffer d. Orig. & potest. Elect. th. 4.* assignantibus. Tametsi verò constans & communis per duo, & quod excurrit, secula ab An. scil. 1250. ad ann. circiter 1500. animos hominum præoccupaverit opinio, à Gregorio V. Papâ potissimum id negotium profectum, Paulus IV. quòque Imperium in suas manus sibi resignari voluerit, quin etiam non ità pridem Michael Longinus in Consilio ad. Gregor. XV. de admonendo Bavaro, ut dignitatis Electoralis à Ferdinando Victore sibi oblatæ confirmationem à Pontifice peteret, persuadere tentaverit, neutiquam tamen impetrare à nobis possumus, ut domesticis Curiæ Romanæ testimoniis multa falsa complectentibus & rarò fidem facientibus, credamus. Præsertim cum falsitatem eorum de hâc controversiâ, secutus in hoc Joh. Aventinum in Annalib. Bojoaricis, Onuphrius Panvinius Veronensis, Frater Eremita Augustinianus jam dudum *in de Comitiis Imperatoriis* elegantissimo Libello oppugnaverit.

§. 44. Fortassis equidem Otto Augustus orbitatis suæ, perfidiæ Romanorum ac Imperii Regnique Italici competitorum memor, utrumque ab Avo comparatum (siquidem extinctâ prole Carolinâ Henricus Auceps ne jura quidem ad occupandum Regnum Longobardorum & Imperii dignitatem postulandam habuit) maluit Civibus suis, quam libidini ambientium relinquere, eà ratione, ut Rex Germaniæ esset indubitatus Romanorum Imperator, sed ne gry constitutionis hujus nominis nec in Gregorii, quem ipse Cæsar jure suo usus elegerat, sepulchrali elogio res gestas èjus omnes in Basilicà D. Petri recensente, nec in Decretis Gratiani anno 1151. compilatis quicquam de tanto negotio ad omnem posteritatem memorando apparet; Nisi hoc non obstante, perpetuo Pontificiorum vaframento, omnia quæcunque in salutem tàm Ecclesiæ, quàm Reipubl. unquam inter Christianos constituta fuère, auctoritati Papæ, cujus locum tenuerint, quicunque præfuerunt, accepta ferre malimus, ut profectò mirum sit, cùm incredibili væcordià præterita quoque ad potestatem Dn. D. sui furiosè revocent, nondum repertum esse, qui asserat in

Concilio,

Concilio, quo Servator noster condemnatus est, Caipham tanquam Legatum à Latere aut Nuncium Pontificium præsedisse.

§. 45. Sed nec expressæ aliùs cujusvis Imperatoris sanctioni tribuendam putem institutionem Electorum, scriptoribus ipsis modò Carolum M. modò Henricum I. modò Conradum II. certè non sine manifestâ rerum Germanicarum inscitiâ hoc nomine laudantibus. *Vid. Dieder. ad A. B. tit. I.* Fatendum utique Henricum VI. Electionis incommodis, sublatâ Electione ipsâ, & è contrario successione hæreditariâ introductâ, mederi voluisse: Gregorio etiam IX. Papæ de novi Cæsaris Electione Principes sollicitanti, ab iisdem responsum esse, non esse sui Juris Imperatorem constituere. Sed perinde ac Cæsaris conatibus Principes restitère, ità eorundem Responsio Papam fortè elusit, cum credibile non sit, tot Principes prolixæ libertati assuetos ocyus jure suo cessisse, prout in Comitiis Veronensibus circa annum 1246. factum putat vir Consummatissimus *Joh. Freinshemius Diatrib. 3. d. S. R. Imp. Electorum, & S. R. Eccl. Cardinalium præcedentiâ. n. 28.* cujus etiam rationes non parùm stringere diffiteri nequeo; Ex quibus illa præcipuè palmam præripere videtur, quod non multò post Innocentius IV. misso inter Germaniæ Principes Eridis pomo, in Concilio Lugdunensi non dubitaverit, septem itidem Electores, substitutis in Treverensis, Bohemi & Marchionis locum Salisburgensi, Austriaco & Brabantino, ob caussas ab eodem Freinshemio prudentissimè evolutas, sed irrito successu, creare.

§. 46. Veruntamen, sicut negari non potest Imperatores nostros post Hildebrandi potissimùm tempora, qui primus omnium Dictatibus suis supra omne quod Deus est, sese extulit, adversus fraudes, machinationes & injurias sibi studiosiùs, & fortassis tali d. instituendis certis Electoribus consilio, cavisse; Principum etiam, qui hodiè Electores audiunt, ob magnifica sua Officia & potentiam, magnam fuisse auctoritatem, adeoque de jure *nomine ceterorum Principum* eligendi Imperatorem paucis istis Officialibus concedendo consilia jam tùm esse agitata; Cùm tamen nec tabulæ tantæ rei indices uspiam extent, nec ante Habsburgium quisquam votis Septemvirorum sit electus, ipsaque Aurea Bulla (Legi autem magis

D quam

quàm scriptoribus credendum, *Mascard.d.prob.vol.1.concl.287.n.8.*) ad consuetudinem antiquam & rationabilem provocet, tutissimum arbitramur, per diuturnum istud & calamitosissimum, post fata optimi, prudentissimi & fortissimi Principis Friderici, interregnum, aliis ob virium imbecillitatem, aliis ob negligentiam nec Rempubl. nec jura sua curantibus, officiales istos viribus suis confisos, laudabili consilio, ne in Anarchiam tandem Respubl. abiret, jura eligendi sibi sumsisse, & consentientibus, certè non repugnantibus ceteris Membris in Electione Rudolphi I. primò omnium exercuisse. *Vid. Arnis. d.* Republ. *c.6. Paurm. c. l. c.6. ὁ πάνυ Dn. Conring. in Not. ad Lampad. Mallin Krott. d. orig. Elect. Colleg.* Ergò postquam lege publicâ auspiciis Caroli IV. communi procerum consensu Principibus data est amplissima potestas *temporale caput populo Christiano eligendi*, vel exinde horum præ reliquis dignitatem eminere, sic satis est manifestum, unde etiam in publicis Imperii conventibus seorsim collegium quoddam constituunt. Reddunt etiam curialia officia illa, quæ nec â Græcis vel Romanis, sed solis Germanis orta sunt, dignitatem Electorum splendidiorem. quæ uti â Francorum tempore obtinuisse asserit *Lehm l.2. Chron. Spirens.* & â sequentibus quoq; Imperatoribus, nominatim in coronatione Ottonis I. observata fuisse, *ex Witecchindo l.2. d. Reb. gest. Saxon. & Otton.* constat, sic quotempore familiis istis ceperint esse hæreditaria æquè non liquet.

§. 47. Non absurdè dixeris quod â temporibus Ottonum perinde ut Ducatuum & Comitatuum, sic quòque Officiorûm hæc feuda hactenus temporalia & motoriam, ut in proverbio est, fabulam agentia, ceperint paulatim fieri hæreditaria aut certè talia ab Henrico II. sint facta, si verû est, quod *narrante Freher. c.15. d. Orig. Palatin.* Idem ille Episcopo Bambergensi noviter â se evecto, privilegium dederit, ut ab eo ist hæc officiâ acciperentur; *Exempla talis Investitura vid. apud. Gewold. d. septemv. c. 50. Beker. d. J. P. 10. 17.* iisdemque ex Franconicâ Nobilitate vicarii substituerentur. Sed Clutenius, Windeccius & Goldastus (sibi tn. paulò contrarius) aliique magni nominis viri, potiûs ut ea ipsa officia Præsuli Bambergensi, in honorem Ecclesiæ hujus, per Vicarios hosce prestentur, Imperato-

rem

em voluiſſe autumant. Exactiora v. ex Archivis, Bambergenſibus ræſertim, ſunt ſperanda.

§. 48. Sed nec multum refert hæc fuſiùs perſequi, ſiquidem fficiorum ſecularium hodiè & ſplendor ſubeſt nec omnis deeſt poteas, licet non adeò apparentibus rebus Imperii communibus ac ublicis, quæ præfectos multùm requirant; cætera honoris causâ in uriis peraguntur; Eccleſiaſticorum v. Cancellariatus, ungendi & Coonandi jura, potiùs â Sacro eorū officio dependent. Indubitatū quippe multis Archicancellariatus, Moguntini præcipuè & Colonienſis, ntiquiores eſſe, quàm Dignitatem & præeminentiam Electoriæ facul-atis, perinde ut de Archiofficiis ſecularibus eſt in confeſſo, ea Eleoratibus, quibus hodiè annexa ſunt, longè eſſe antiquiora.

§. 49. Quanquam autem ſingulorum Electorum jura impræſentiaum perſequi noſtri nunc non ſit laboris, cum tamen ex Archi-Canellariatu & Vicariatu eorum multum ſimul pronaſcatur præeminenæ, breviſſimis de his quoque agendum. Vocabulum ipſum Canellarii nec adeò nuperum, nec admodum vetus, primus omnium vitâ Carini Imperatoris uſurpavit Flavius Vopiſcus; Exilitatem v. us, rei amplitudinem nequaquam exprimentem, fuſiùs peculiari eiſtolâ Oldendorpius JCtus: Officium autem ac dignitatem uberrinè deduxit integris quatuor libris *Herm. Kirchnerus, & Franciſcus Laovius*, & quatenus ad res Imperii noſtri facit, *Bernhardus â Mallinrott*; Ex quorum indagatione conſtat (ſive â Cancellis Tribunalium t ſcriniorum, ſive â cancellando, h. e. inducendo, ſive â 100. cel- vel Dicaſteriis, ab Hadriano pro numero tùm Provinciarum Imerii Romani inſtitutis, derivaveris) apud alias Gentes etiam, Roanos imprimis, ſimilia officia viguiſſe, quorum opera in expedindis juſtitiæ gratiæque literis verſabatur; ſoli tamen Franci, àntum apparet, hactenus obſervàrunt, ut illi Epiſtolarum Magiſtri, otarii, Capellanii (ceu antiquitùs nuncupabantur) literis Regum bſcripſerint, ſigillum cuſtodiverint, ſubſignaverint; & (cum iſtâ æe literæ in clauſtris Archimandritarum hærerent, ſummâque inde cerdotes valerent autoritate) ſolis Clericis tanti momenti negom commiſerunt: *Kirchner. in Morviller. l. 1. c. 12. n. 9.* non obſtan, quod Joh. Montanus *in c. utilem. Diſt. 88.* aliique vetuſtiores non nvenire ſecum hæc officia exiſtimaverint.

 Quo

§. 50. Quo autem tempore ampliſſimum hoc officium tribus iſtis ſummis Antiſtitibus fuerit concreditum, inter alia perquàm multa Jurispublici noſtri ignota & obſcura hûc usque, donec ex ſcriniis Principum illud magis magisque propullulet, recenſendum. Sanè expenſis fideliter veteribus monumentis ſola Conjectura ſupereſt, Fredericum Marchionem Italum, Henrici IV. in Italiâ Cancellarium, poſtmodum Diæceſi Colonienſi honoratum in gentis & Eccleſiæ ſuæ honorem Archi-Cancellariatum Italiæ ſucceſſoribus ſuis ex ſpeciali gratiâ vel hujus, vel V. Henrici, vel Lotharii, hæreditario jure attuliſſe; Trevirenſem autem Epiſcopum paulò ſerius, certè poſt tempora Friderici Barbaroſſæ Burgundicum Regnum connubio Beatricis ad Imperium reducentis, pari cum ceteris eminentibus in Germaniâ S. ſedibus ornatum fuiſſe dignitate, poſtquam Archi-Epiſcopus Viennenſis Stephanus [quem tunc temporis munus Archi-Cancellarii in Regno Arelatenſi obiiſſe, ex Chifletio conſtat] naturæ deceſſerat, & occaſio deferendi Treviro ſeſe obtulerat. Illud certum eſt, ante Carolum IV. qui primus publicà L. utrosque tàm ſeculares, quàm Eccleſiaſticos Electores, horumque officia confirmavit, nihil ferè ob Hiſtoricorum noſtrorũ negligentiam horum omnium, etiam in Diplomatibus Cæſareis apparere. At vero Moguntinæ ſedi jam dudum ſub Wilhelmo Archimyſtà Ottonis M. filio Archi-Capellanatus ſeu Archi-Cancellariatus dignitas acceſſerat, ob magnam ejus autoritatem, cujus reſpectu modò Franciæ, modò Germaniæ Metropolis, ipſeq; Archi-Præſul Primas & ſummus Pontifex audivit; quam tn. eminentiam non antiquitas (quà Trevirenſi Eccleſiæ fortè concedit *Nicol. Serar. d. Rebus Moguntin. l. 1. c. 17.*) Sed honor, ſive Bonifacii Germanorum ac Friſiorum Apoſtoli, urbisque præ reliquis Germaniæ oppidis tùm ſplendor, tùm Diæceſeos amplitudo &c. conciliavêre: De cancellariis verò vid. pluribus Stephanus. *Forcatul. d. Imper. & Philoſoph. Gallor. l. 7. Speidel. in Notabil. Mallinkrot. & ab eo alleg. aut.* Eandem ob cauſam Decani vices in Collegio Electorali adminiſtrat, quin & huic potius, quàm Colonienſi jus Coronandi extra Aquisgranatenſem Diœceſin Regem Germanorum competere, perquam ſolidè demonſtravit Vir cùm in omni ſtudiorum genere facilè Princeps, tùm in mediâ antiquitate ſine exemplo verſatus

ſatus ὁ θαυμάσιος Conringius *in aſſert. Jur. Mogunt.* quanquam lis illa jam tùm inter utrumque Eminentiſſimum Electorem amicabili transactione itá ſit compoſita, ut alternis vicibus extra territoria ſua jure iſto gaudeant. *Vid.* Röm. Adler. *p.* 1. *art. l.* 1. §. 13.

§. 51. Ut verò à parte Eccleſiaſticorum Archi-Cancellariatùs, ſic Electoribus Secularibus quoque Vicariatus dignitas multum affert ſplendoris, quam Palatinus & Saxo, mortuo, remoto, reſignante, aut aliàs abſente Imperatore (niſi Rex Romanorum adſit, *Schütz. vol.* 1. *diſp.* 5. *th.* 2.) jure per Germaniam duntaxat exercent. *Limn. ad Capit. Carol. V. art.* 3. *Buxtorff. ad. A. B. th.* 54. *Dn. Carpzov. Semidec. quæſt. ex tit.* 5. *ad A. B. qu.* 1. & 2. Utrum autem iſtam dignitatem Palatini tanquam Bavariæ Duces; an verò ceu Comites Palat. ad Rhenum exercuerint; An etiam in Bavarum ex Inſtr. Pac. cum Electoratu tranſierit, ſic ſatis ardua eſt quæſtio, & poſt luctuoſum Ferdinandi III. obitum potiſſimum non tàm calamo, quam reápſe agitata. Sanè dubitari nequit, Palatinatus officium multò eſſe Electoratu antiquius, & eos, qui eodem defungebantur, vicariam Idictionem in Provinciis nomine Cæſarum exercuiſſe, *Lehm. Chron. Spir. c.* 1. unde tandem promanavit Vicariatûs plenior Conſtitutio. Certum etiam eſt, deturbato ab avitis poſſeſſionibus Henrico Leone (quo Ducum vires Cæſari formidabiles frangerentur) & Bajoarico Palatinatu extincto, optimum Principem Fridericum I. ut alibi per Germaniam prudentiſſimo conſilio complures Principatus, Comitatus & liberas Civitates, hactenus Leonis ampliſſimo dominio ſubditas, erexerat; Sic quoque Ludovicum Rhenanum Comitem omni iſtâ Palatinatûs ac Vicariatus dignitate condecoráſſe. Nec minus tamen inficias iveris, variaſſe hæc Jura inter utramque familiam. Sed cùm hîc quoque Annalium noſtrorum ſedulitatem deſideremus, exſpectandum, utrum in modernis Comitiis lis ea ſit deciſa. Tuebimur exercitii gratia (quod unicum exile hoc & brumali horâ citra limam ſcriptum monogrammon intendit) cauſam Palatinorum, non obſtante, quod ipſimet Vicariatum ex jure Electorali ſibi competentem aliquando fortè faſſi ſunt. Plura vid. *apud. Freher. ad P. d. Andlo, l.* 2. *c.* 10. *Sinolt. vol* 1. *Jur. Publ. d.* 5. *Beſold. d. J. P. p.* 3. & *Nicol. Burgund. Gewoldum* aliosque, qui utriusque Sereniſſ. Domûs jura protegêre.

§. 52. Ipſa

§. 52. Ipsam autem potestatem Vicariorũ brevissimis dixeris per omnia succedere in locum Imperatoris, si exceperis Feudorum Regalium Investituram, aliáque majoris ponderis negotia moram patientia, & si quæ plura inter Imperatoris solius reservata, s. potiùs relicta, sunt numerari solita. *Ordin. d. anno 1521. Worm. Con. c. p. 2. l. 7. Gail. O. 1. 29. Paurmeist. d. Idiction. l. 2. c. 4. Stam. d. Reserv. Imperat. Schrad. d. Feud. part. 10. Sec. 2. Bocer. d. Regal. c. 2.* modò ne nimiùm illam potestatem cum Dn. Schützio *de Vicar. Imper. & part. 1. disp. 5. th. 11.* extendamus, *Vid. Limn. tom. 1. J. P. l. 3. c. 12. & observ. ad A. B. c. 5. O. 13.* De Cameræ v. Directorio vix ambigendum puto, cum si quicquam aliud, Judicium Spirense certè eorum potestati, salvo Jure Moguntini, nec obstante ratione Klokii *vol. 1. cons. 3. n. 40.* sit subjectum. *Dn. Carpz. d. L. Reg. c. 11. s. 15. Castald. d. Imper. q. 9. Didr. ad A. B. t. 5.*

§. 53. Ut autem bini ex Secularibus amplissimâ Vicariatûs gaudent potestate; Sic quòque inter eosdẽ dum Judicis Cæsarei, seu Præsidis in Comitiis ejusmodi, autoritatem Palatinus tuetur, non minimum denuò toti Collegio accedit existimationis. Cujus originem, iterum obscuram, malim ad morem Germanorum, quorum Reges nunquam absolutè præfuerunt, referre; licèt Haimensfeldius *in Ration. Constit. Imper.* ad communem Principum voluntatem Rudolpho primùm anno 1250. impertitam revocet. In Causis verò recensendis cavendum, ne cum glossâ Juris Weichbildici ad largas nugas devolvamur. *Vid. Quirin. Cubacb. l. 2. I. P. c. 30. Otto d. Jur. P. c. 16. Arum. disc. 3. Concl. 44.* Exempla recensent Gerhardus *d. Roo, l. 5. Hist. Austr. p. 194. & ex Rebdorff. annal. d. anno 1300.* Freherus *tom. 1. Rer. German. script. p. 412.* Fluit autem inde potestas totius Collegii in deponendis Cæsaribus sic satis manifestò, quam tamen [nisi tota Reipubl. compages convellatur] actorum Cæsaris, LL. Capitularibus, contravenientium annullatione hodiè temperavére, *Capit. Car. V. art. 33. Didrich. ad A. B. c. 5.* ut non opus sit Hippolyti â Lapide, Junii Bruti, ceterorumque Monarchomachorum remedijs morbo ipso violentioribus.

§. 54. Sed & in Domesticis tribunalibus magnâ gaudent libertate, quatenus â sententiis eorum *per tit. 11. A. B.* quibuscunque ap-

pellar

pellare non licet. *Mich. d. Idict. concl. 26. Rumelin. p. 2. diss. 2.* Quod licèt & aliis nonnullis Principibus ad lites (quibus Respubl. nostra vehementer laborat. *V. Parthen. Litigios.*) abbreviandas saluberrimè concessum *Consul. elegantiss. tract. Rudolph. Hugon. d. abusu Appellat.* Hoc tamen longè pinguius est, ut pote quod ad nullam certam summam restrictum, *de quâ Gylman tom. 6. symph. farrag. Privil. Ayrer. in Process. Gilhaus. arb. Judic. d. appellat. n. 133.* & ad omnes casus, si denegatam justitiam forte excipias. *Grav. apud Gail. 1. obs. 28. Mynf. 5. O. 82. Suanman. Process. Camer. 1. 20.* adeò etxensum, ut à partibus neutiquam huic Privilegio possit renunciari. *Plenissimè hoc persequitur Dn. Carpz. d. privil. Sax. d. non app. & Knichen d. sax. jur. non provoc.* Reddit & aliud quoque privilegium dignitatem Electoralem prolixiorem, cujus tenore pro incolumitate Imperii nonnunquam insalutato (sed non excluso) Imperatore, conveniunt, licèt consueverint interdum, & benè quidem, ipsum Cæsarem hujus Conventus reddere certiorem, *Schütz. vol. 1. Disp. 7. th. 20.* Quod ceteris Principibus minimè omnium conceditur, *Beker. Synops. Jur. publ. c. 17. n. 5. Besold. Thes. Pract. voce* Churfürsten Tag cúm ne Imperator, nisi de consensu Archi-Principum horum, Comitia indicere possit. *Vid. Capp. Imper. Carpz. d. L. Reg. c. 5. s. 7.* At verò omnia isthæc hactenus recensita superat multum Jus consignandæ Capitulationis, quæ cum L. publica sit, nemini non constat, quantum intersit de potestate Legislatoriâ, unde tantùm non pleraque Regalia dependent, participare. Tametsi autem conquerentibus reliquis Statibus Jus istud in Instr. Pac. Osnnabr. denuò communicatum sit, non tamen hoc absque grano salis accipiendum fuisse, docuère Capitull. Ferdinandi IV. & moderni Invictissimi Leopoldi, nec non repetitæ, in Comitiis hodiernis, contentiones, quibus ante omnia curam perpetuæ alicujus Capitulationis habendam Principes efflagitabant. Quid futurum sit, dies docebit; Ideòque malumus hîc in re dubiâ ἐπέχειν.

§. 54. Non ergò mirum quod Regibus æquiparentur, *Heig. p. 1. q. 4. Reinking. d. Reg. Sec. & Eccl. cl. 3. s. 1. c. 3. Sixtin. d. Regal. c. 4. Limn. d. J. P. l. 3. c. 3. s. 2.* crimen læsæ Majestatis, cujus plusquàm dimidiâ parte hactenus fuère participes, in eos committatur. *Camman.*

man. disp. Polit. Iurid. l. th. 45. nihil absque eorum consensu ab Imperatore quocunque modò alienari, quin & reliqua omnia penè jura Majestatis pro arbitrio exerceri nequeant, *Dn. Conring. d. Finibus Imper. c. 19.* Hinc etiam splendidissimis mactantur encomiis & titulis (qualia omnia, ut & potentiam eorum recensere, nec unius paginæ, nec meæ, compendiosè pleraque delibantis, est operæ, *vid. Arnis. de Republ. c. 6. n. 73. Sprenger. de modern. Imper. Romanô Germ. c. 10. n. 2. Reinking. l. 1. cl. 4. c. 3. Nolden. d. Nobil. c. 8. n. 71. Knicb. d. Saxon. non prov. Limn. d. Jur. P. 3. 3.* 35.) eorumque Legatis externarum liberarum Rerumpublicarum Ambasciatores, quin ipsos Principes antecedant, utut hi sæpiùs de injuriâ protestati sint. *vid. Cap. Leop. art.* 5. & omninò *Eitel. Fridr.* von Herden in der Grundfeste des Heil. Reichs / *Libello planè eximio, cap. 5. part. 2. & p. 3. c. 3.* ut nemo cordatorum non posset non impium Patrum Purpuratorum, virtutes servi servorum imitantium, fastum detestari, quod dignitatis contentione litem de præcedentiâ movere Electoribus nostris audeant, nisi compertum esset Regibus quoque (quorum sub protectorio, summis Principibus certè contumelioso, nomine stipendiarii pleriq; existunt) se malle esse superiores. *Chassan. catal. glor. p. 5. Consf. 31. Menoch. Consf. 901. n. 71.* Sed controversiam hanc allatis in medium utriusque partis juribus, peregregiè peculiari, sæpiùs jam laudato libello discussit B. Freinshemius. Paucis solummodò annectendum, quod Ecclesiastici legitimâ electione, Seculares v. successione in certa à Carolo IV. eum in finem destinata bona tantam potentiam ac dignitatem hodiè consequantur (licèt nondum fuerint investiti, aut etiam Pallium ab Episcopo Romano acceperint. *Bertram. d. Comit. th.* 40.) in tantùm, ut si quis fortè duos Electoratus possideat, duplici etiam suffragio, exemplo Sigismundi, gaudeat. *Rumelin. p. 2. Diss. 6. th.* 19. *Goldast.* Reichs Satz. *p. 2. p. 103. Dn. Carpz. ad Tit.* 20. *A. B. q.* 1. modò ne alios in societatem Dignitatis admittat. *Knicb. d. Sax. non prov. jur. c. 2. verb. Elect.*

§. 56. Ne tamen frustillatim terris istis inter filios distributis, vel alio fortè casu scopo suo prudentissimus Legislator excideret, optimâ ratione introducere placuit, non tantùm ut exclusis ceteris soli primogenito, ejusq; fililio, fores dignitatis paterent, sed & illi

ipsi

ipſi præter communis Juris regulas exacto anno 18. ſtatim rerum ſuarum, dimiſſo tutore legitimo, proximo agnato adminiſtrationem capeſſant. Nam & in cæteris Regalibus feudis cùm ſint individua, ſecundo geniti de jure communi excluduntur, *2. F. F. §. præterea Ducatus, ibid. Dd. Old. Conſ. 231. & 237. Mich. ab Agvirre Apolog. p. 2. n. 19. Natta Conſ. 505. n. 25. Sichard. in Conſ. Feudal. 1. n. 42. Kirchoff. in Conſ. Germ. t. 2. conſ. 9. n. 8. Diſſent. ex parte Modeſtin. Piſt. vol. 2. Conſ. 50. Menoch. conſ.* 439. *n.* 15. *vol. 4.* Licet hactenus in Germaniâ ſecus fuerit obſervatum. *Gail. 2. O.* 153. *Roſenthal. d. Feud. c. 9. concl.* 51. *l. 9. Knick. d. Sax. non-prov. jur. verb. Duc. Sax. c. 4. n. 191.*

§. 57. Quemadmodum autem ſaluberrima Juris primogenituræ in familias Electorales introductione confuſioni priſtinorum temporum (quæ multis turbis atque injuriis in Palatinorum & Saxonum familiâ) anſam dederat Carolus Imperat. conſulere ſtuduit, *velut peculiari & doctiſſimo ſcripto inſignis ICtus, Potentiſſ. Brunſuic. Duc. quondam Cancellarius Arnoldus Engelbrecht, peregregiè oſtendit:* itâ quoque legitimam tutelam ad litium fomitem reſtinguendum teſtamentariæ prævalere voluit. Teſtamentariam quippe materiam, fatentibus Pragmaticis, fontem ac nutriculam eſſe maximæ litium partis, aſſerit *Franc. Hottomannus, qui autor Anti-Triboniani creditur, cap. 6.* Adeòque neſcio, utrum ſic ſatis benè diſputent, qui beneficio Juris Romani controverſiam hanc perſtrinxêre. Quamobrem enim eò recurramus, ſi manifeſtam LL. NOSTRÆ deciſionem ſuppeditent? In hoc ergò cardine potiùs verſatur quæſtio, an legitima tutela SEMPER debeat habere locum, etſi ſalus Reipubl. periclitetur? Cujus negativam Fridericus IV. Sereniſſimus Elector Palatinus, monitus rigoroſo tutelæ Saxonicæ exercitio, cùm non mitiora Philippus Neôburgicus proximior agnatus à ſe exſpectari vellet, prudentisſimè amplecti & Johannem Bipontinum, non adverſante optimo Imperat. Rudolpho, teſtamento tutorem deſignare maluit. Tutabantur tùm cauſam celſiſſimæ Domûs Palatinæ inſigni gravitate, eruditione & moderato calamo Dionyſ. Godofredus, & Marquardus Freherus. Neôburgenſem v. Joh. Zeschlin, & Zacharias Fridenreich mordaci ſtylo defendebant. Sed ne per horum latera pleroſque recentiores, quibus à partibus Textus ſtare lubitum pipulo

 differre

differre videamur, nihil addemus; *Sed* nec reliqua Electoralia jura ob brevitatis studium, scrupulosiùs singulis expensis, critico vanno ventilabimus. De conductu Octovizis præstando *vid. Dn. Bökler in Conductore Carolino.*

§. 58. Proximam ab Electoribus sustinent tàm generis quàm officii dignitatem toti Imperio cummunem PRINCIPES, gubernaculis Provinciarum suarum assidentes, quorum alii iterùm Ecclesiastici, alii seculares per varia Archi-Episcoporum, Ducum, Marchionum, Landgraviorum, Palatinorum &c. nomina, eandem tn. potestatem ferè dicentia, divisi, duo in Comitiis scamna distinctim occupant. Et cum dubitandi locus non sit, quin Episcopi, licèt nullius territorii dominio valerent, jura suffragiorum in Christianorum Rebuspubl. more Angliæ, Sueciæ, Daniæ &c. apud nos etiam habeant, illorum ratio hîc quòque habenda. Observandum autem ex Eusebio & *S.* Hieronymo *comment. in Epist. ad Titum*, primâ ætate communi Presbyterorum (quibus Diaconi adjungebantur) consilio, æqualiter inter eos divisâ Sacrorum curâ, Ecclesiam esse gubernatam, ità tamen, ut alternatim integra eorum collegia, more Judæorum [quorum synagogæ semper Ἀρχισυνάγωγον quendam colebant] unum aliquem suorum tanquam caput agnoverint, qui deinceps *κατ' ἐξοχὴν* Episcopus audiit; Frustrà enim Collegia absque Directore quodam cogi, lippis etiam & tonsoribus notum. At verò, cum non omnes Presbyteri ferundo oneri essent pares, quin & crebræ contentiones suborirentur, placuit *teste Ambrosio* (*seu quis alius fuerit Auctor*) *in Comment. Epist. ad Ephes. c. 4.* ut meritum potiùs, quàm ordo Episcopum definiret. Substitit tamen ejus potestas intra custodiæ & administrationis præceptorum divinorum tramites, quanquam ne administrationem quidem Universam, quam H. Grotius, *l. d. summ. pot. Imper. circa sacr.* non tantùm in officii sacrâ functione, sed & imperio circa res & personas sacras consistere probè animadvertit, usurparet; donec paulatim Principes orbis Christiani à seculo IV. præprimis dignitates, immunitates, imò & prædia ordini huic largiri ceperunt. Animadverso postmodum, hâc vitâ quàm optimè Ecclesiæ huic & illi consuli, frugi quippe erat religio, nec ambitùm patiebatur Episcopi officium molestiis com-

pluribus

pluribus sic satis tædiosum, *Jac. Usser. Armanchan. d. Christ. Eccles. succ. & Stat.* Non inutile etiam futurum credebatur, inter plurium unius provinciæ, tandem etiam diversarum regionum Ecclesiarum Episcopos talem προεστασίας introducere, sicque paulatim Ecclesiasticum regimen ad normam civilis conformare. Goldast. in Repl. 2. pro Imp. p. 64. Unde velut primus Presbyterorum Episcopi, sic Episcoporum Metropolitani, Metropolitanorum Patriarchæ nomine fuit insignitus. Joh. Rainold. Colloq. cum Hart. c. 8. s. 5, Archi-Episcoporum verò nomen, si Græciam exceperis, in Occidente magis innotuit, & tàm Metropolitanorum quam etiam Patriarcharum synonymum fuit. *Nov. 123. c. 22. Cujac. ad Nov. 11. Barbos. d. jure Eccl. l. 1. c. 7.* licet differentiam quandam Hopper. *in Seduard. l. 5, t. 16.* hîc fingat. Et me hercle sic satis prudenter curis ejusmodi quinq; Patriarcharum universus Christianus orbis pascebatur, nisi ex illis Romanus, & hunc secutus Constantinopolitanus, fretus Ecclesiæ suæ, ob sedem Cæsaream, celebritate, non multò post Oecumenici audire maluissent. Ab eo itàque tempore, cum Principes nimiâ profusione aucto Episcoporum statu, ut sine eorum consensu non temerè quicquam in Republicâ expedirent, *Richard. Montacauc. orig. Eccles. l. 2.* comperta fuit veritas Severi Sulpiti; lemmatis, auro non strui, sed destrui Ecclesiam, siquidem ambitionis æstu miris modis inter se conflictabantur, ut ne ab integris conciliis superciliosorum Patrum fastus potuerit coërceri. *Euseb. l. 8. Hist. c. 1.* Et hæc sanè ratio est quæ movit Johannem Calvinum, Virum profundè eruditum, puriorem Evangelii doctrinam apud Genevenses restaurantem, ut Presbyterorum communi operâ maluerit Ecclesiam suam gubernari; quanquam ad evitanda incommoda ab ambulatorio Magistratu suboriri solita, mediâ quâdam progredi viâ fortassis satius sit, quam etiam Protestantes in Germaniâ sunt secuti. Quicquid sit, dependet id omne â prudentiâ & arbitrio humano, non â jure divino Hebræis in suâ Republ. lato, *Blondell. in Apol. pro Hieron. sent. d. Presbyt. & Episc. Dn. Conring. in Defens. Eccles. Protest.* Tenendum porrò, integris tribus primis seculis humanam constitutionem Episcoporum, ubi jam tùm Ecclesia aderat, dependisse â Cleri & populi suffragio, quicquid etiam *Card. Bellarminus d. Cleric. 1. c. 7. & 9.*

7. & 9. aliiq; in contrarium afferant. *V. M. Autor de Domin. de Republ. Eccl. c. 3. Dionys. Petav. l. 1. d. Hierarch. Eccles. David. Blondel vir antiquit. Eccles. ad miraculum doctus d. jur. pleb. in regim. Eccles. Duar. c. l.* idque ob eam causam, quod Magistratus Politicus gentilium Idololatriæ hactenus esset addictus, perinde ut nostri eà quidem in parte Judæis nobiscum viventibus, nihil quicquam negotii facessunt. At verò cum & Principes tandem nascentem in dies Christianorum societatem periculum Reipubl. minari, quin & ipsimet, nomine suo sacris Christianis dato, augescentem Ministrorum Ecclesiasticorum autoritatem animadverterent, rectè officii sui esse crediderunt, à seculo usque quarto, providere, ne temere quis ad Episcopalem dignitatem revera jam tùm cum Demagogiâ conjunctam, nisi accedente consensu suo eveheretur. Ad hunc ergò morem res quoque in Germaniâ sese habuêre, quanquam incertum omninò sit, quando primùm Christianâ fide imbui ceperit, cum nihil suppetat, unde probari aut refelli possit Theodoreti, de Thomæ Apostoli in Germaniam adventu, opinio; imò etiam omnis series Episcoporum primorum in Germaniâ, haud aliter quàm antiquissimorum à Tuiscone Regum narrationes, à fabulis haud multùm absit; aliis Eucharium & Valerium Maternum Petri discipulos, Trevirorum, Ubiorum & Tungrorum, aliis Marcum & Lucium D. Pauli *συνέργους* in Vindelicis & Norico, aliis alios primæ Ecclesiæ Dd. enarrantibus, ut Serrarius tandem Crescentem, qui à Paulo legitur in Galatiam missus, Moguntinæ sedis Autorem, sed imbecilli collectione profiteatur. Illud tamen ex Irenæo & Tertulliano deduci potest, jam seculo secundo Germaniæ Ecclesias à simplici & orthodoxâ fide commendari, uti postmodum seculo IV. inter multas & celebres alias Agrippinensis & Treverensis caput extulerint, earumque Episcopi Concilio Arelatensi à Constantino M. anno 346. coacto subscripserint. At verò non idem dixeris de Germaniâ magnâ, sive Trans Rhenanâ, quam Romani vocabant, cum inter egressas ex illâ seculo IV. & V. gentes primi omnium Gothi Christianismum, ab Arrianis quanquam Doctoribus seducti, susceperint; In ipsâ verò Germaniâ à Barbarorum horum, Attillæ præsertim, irruptionibus ingentem Galliæ & Germaniæ Ecclesiarum passam jacturam deplorat

Hiero-

Hieronymus: donec in Vindeliciâ & Norico Severinus, Bojos Rupertus, Helvetios Gallus, Suevos Columbanus, Francos Kilianus, tandemque seculo demum IIX. S. Bonifacius Anglus (hæc enim túm temporis natio, ut olim Scoti, operam navabat in convertendis Barbaris) Frisios martyrio suo, & Carolus M. victoriosis armis Saxones convertit: Quibus ultimò accessêre Slavici Venedorum ex Sarmatiâ olim in Germaniam transgressi, & sub variis nominibus ingentes circa Albim, Oderam ac Vistulam tenentes tractus populi, cum quibus per quatuor penè secula belligeratum, usque dum Henricus ille Leo, Saxonum Dux, devicto Pribislao Regulo, tantùm non ad internecionem deletâ omni Oberritarum gente cultum Christianorum ibidem firmavit. *Vid. Helmold. in Chron. Salv. Arnold. Lubec. & Dn. Conring. d. Episc. Germ.*

§. 59. Fuerunt autem hæ Germanorum Ecclesiæ ad morem vicinarum gentium à Principibus suis itidem Episcoporum curæ concreditæ, quos postmodum aucto numero fideliũ ab iisdem electos confirmavêre, ceu ex sedulâ antiquitatũ Francicarũ perscrutatione patescit. *Vid. Hinc mar. Epist. apud. Baron. tom. 9. anno* 813. *& πολυμαθέστατον Henr. Meibom. d. jure investit. Episcop.* Neq; verò ulla tùm habita est ratio Romanorum Pontificum, nisi fortè in erigendis novis Episcopatibus ob autoritatem quam sibi propter Apostolicam suæ Ecclesiæ fundationem, quâ solus in occidente gloriabatur, paulatim arrogaverat. Sed postquam populus Romanus, cujus membrum præcipuum in ipsâ urbe erat Pontifex, Carolum Francorum Regem, ut gratiam liberatæ à Longobardorum injuriis Patriæ, primò Patricium mox Augustum salutavit, contulit eidem, cum aliis Majestatis juribus potestatem etiam omnes Cathedræ Romanæ constituendi Episcopos *cap. Hadrianus dist. 63. Marc. Anton. de Dominis d. Republ. Eccles. l. 4. c. 11. Marsil. Patavin. d. transl. imper. c. 8.* Quo & eodem jure *Otto M. per c. in synodo 23. dist. 63.* ultimo Pseudo-Regum Italiæ à Pontificibus subornatorum, Berengario devicto ac in Bavariam relegato, ejusdemque posteri *c. Reatina dist. 36.* usque ad Henricum IV. tantò studio usi sunt, ut licèt Henricus Niger omnibus Mutinensium petitionibꝰ locum daret Episcopi tamen proprio, autoritate mũtationem aut surrogationem indulgere noluerit. Celebratur

bratur illa inſtitutio Epiſcoporum per porrectionem cambucæ ſeu cambotæ (ut legit *Goldaſt.* quaſi *καμπτότην* ſeu *καμψότην* dixeris) paſtoralis & annuli, quorum ſolennē conſecrationē *Rudolph. Hoſpinian9 in orig. monachatus l. 6. c. 73.* exponit. Cùm autem Imperatores, præſertim Conradus II. abuſi eſſent poteſtate illâ, nonnullis per Simoniam, ut mores ſunt ſeculi, in Epiſcopale faſtigium evectis, nec Gregorius VII. homo non vulgaris ingenii, ſed antiquitatum pro captu iſtorum temporum peritus, & ſuprà quàm credi poteſt, ambitioſus, ſumtô *δωροφαγίας* prætextu, palpum Clericis obducere audebat. Hic ergo Hildebrandus ſeu *Hellebrandus, ut noſtrates ipſum,* explorato perverſo & turbulento ejus ingenio, vocavêre, jam non amplius Monachus Cluniacenſis, ſed poſtquam ceu *παντοκράτωρ* quatuor annos ſederat, claſſicum turbarum & incendii cecinit, quo totus penè occidens conflagravit. Coacto enim conciliabulo, decreta quæ Dictatus nuncupari voluit, edidit) quæ vid. apud Baron. in Annal. Eccleſ. (quibus omnem inveſtituram Clericorum Laicis extorſit. Ex eo itaque tempore (neque enim ſequentes ſacrificuli cum raſâ ſuâ cohorte moderatiùs ſe geſſerunt, *Cranz. lib. 5. metrop. c. 33.*) Germania à tot ſeculis terrarum victrix, unaque digna ſuperis viſa, quæ Græciæ dormitanti & Italiæ bellis civilibus infandum indulgenti Imperii *Romani* ereptum *ἀξίωμα* maſculè & cum laude ſuſtinuerat, ornamenta dignitatis & præſidia ſtabilitatis uno illo ictu amiſit, ut deinde parùm abfuerit, quia Alaſtores illi incredibili brutorum fulminum ſtrepitu & iteratis diris, Imperatoribus tanquam viliſſimis mancipiis fuerint uſi. De funeſtis turbis, quarum plena Cranzii & *συγγρόνων* ſcripta, ne camarinam moveamus, ſatius erit ſiluiſſe. *Vid. Boxhorn. Hiſt. univ. p. 653. Phil. Morna. in Myſt. iniquit. p. 543. ſeqq.* Tametſi enim Papa in poſſeſſionem hujus partis Majeſtatis vi & fraudib9 ſuis venerit, de jure tn. ſemper in tantum dubitatum, ut nonnulli Scholaſticorum ad veram poteſtatem Eccleſiæ pernoſcendam opus eſſe cenſuerint, doctos ac ſapientes horribilibus criminationibus & juramentis ad veram animi ſententiam dicendam adigere, ceu *ex Alm. & Occam.* refert *Domin. de Rep. Eccleſ. l. 5. c. 3.* Succeſſit verò ignominioſa planeque infamis ſervitus, gente ab omnibus ſeculis liberrimâ prorſus indigna, ipſeque clericus Ger-

maniæ

maniæ immani premebatur tyrannide, cum prætextu Imperii Romani, & fictitij, quod in eo habebat Pontifex, juris generosa Germania intestinis discordiis sæpè scissa eandē perpessa sit curiæ Romanæ insolentiam, in ipsam deinceps Galliam serpente malo; donec seculo IV. ingente Schismate, *cujus historiam eleganter texit Theodor. à Niem.* inter tres PP. orto clerus Germaniæ in libertatem quadamtenus sese vindicavit: Pleniùs tamen potuissent sibi prospicere cum Basiliensi Concilio per omnes ex sententiâ Principum Germaniæ fluerent, sed artibus Æneæ Sylvii aut etiam culpâ Friderici Imper. factum, ut frementibus, & indignantib9 quibusvis amissâ tàm optatâ jugū Pontificium excutiendi occasione, ut conventū sit in certa quædā pacta concordata Nationis Germanicæ dicta; quibus dum Romanæ sedi omnes Cathedrales aliæque Ecclesiæ si in curiis vacent, sin extra curiam, canonicis reservantur, omnis autem confirmatio Romæ petenda venit, nihil ferè accessit Cæsaribus. Quanquam ne sic quidem integram fidē servaverint, ut deinceps, auctis in dies Germanorum gravaminib9 *Maximiliano anno* 1510. *& Carolo V. in Comitiis Norib.* 1522, 100. *articulis propositis*, novâ opus fuerit Clementis VII. & Gregorii XIII. concordatorum confimatione, quæ *in l. 7. Decretal. l. 11. Tit. XI.* exstat. Rectiùs sese res in vicinis Regnis habet, ubi plerumq; Reges ipsi jure suo in Episcopatibus deferendis utuntur. Summam enim potestatem omne illud complecti, quod Reipubl. statum afficit, notiùs est, quàm ut probationem requirat. Quid igitur causæ sub esset, ut Episcopali jure fruentes & Patroni Ecclesiarum, Principes scil. dimidiam & nobilem partem Idictionis suæ alienæ libidini prostitutam statum in statu formari paterentur. Sic Rex Poloniæ solus eligit & constituit omnes Magistratus sacros, à Pontifice solummodò confirmandos. *Cromer. l. 2. d.* Rep. *l. 25. Histor. Staravolsc. descr. Pol. p.* 81. Eâdem eluet potestate Hispaniarum Rex, non ex privilegio Adriani VI. ut nonnulli mussitant, sed jure Majestatis, & à Concilio Toletano usque 12. seculo 7. sub Herwigio Gothorum Regè celebrato, ceu Vasquius *quæst. Illustr.* 22. *n.* 12. *&* Didac. Covarruv. *Tom.* 1. *cap. possessor. part.* 2. §. 10. evincunt. Galliarum verò Monarcha ante hâc quidem editâ in Biturigibus Autoritate Regis & Ordinum Pragmaticâ sanctione, Decreta Concilii Basil. receperat, deinceps verò certis cum Leone X. initis

initis pactis, hodiè quidem Episcopos nominat, constitutio tamen & confirmatio eorum à curiâ dependet. *Duar d. sacr. Eccles. minist. l. 5. c. 11. M. Anton. de Domin. l. 3. c2. t. l. 9. c. 8. & 9. Joh. Ferrald. tr. d. insign. pecul. Reg. Franc. Carol. Degrassal. l. 2. Regal. Franc. Jur. 3.* Hanc tamen non multùm attendi non adeò nuper apparuit, cum modernus Rex Magnanimus Petrum de Marca virum erudissimum Archiepiscopum Tholosanum constitueret, frustrà licet frementibus Romanensibus, huic ob libr. de concordia Sacerdotii & Imperii (*quo Regiam autoritatem egregriè, ut olim Marsilius Patavinus in Defensore Pacis asseruerat; prodijt iterum in fol. anno superiori 63.*) minus æquis, *jung. Limn. in Notit. Regni Franc. l. 3. c. 3. tom. 2. & tr. qui inscribitur, Defensio pro libert. Eccles. Gallicana.*

§. 60. Hodiè itaque vel collatione Papali, vel electione, & si fortè hæc ob vitium aliquod canonicum non admittatur, postulatione, in tantæ dignitatis fastigium perveniunt, nullo jure (ne vacante sede quod olim tùm habebat, de quo vid. Meibom. pecul tract.) Imperatori reliquo, nisi quatenus de Feudis Imperii, sub Sceptro ab eodem investiuntur; Modum ipsum Electionis & postulationis, ratione loci, temporis, personarum, nec non consecrationem ac ordinem (*quæ glossa in c. si Archiep verb. ordinandus x. d. tempor. ordin. & pro iisd. accipit.*) & canones *in c. postquam dist. 50. c. fronte. x. d. appell. c. nullus. dist. 61. & t. x. de Elect. & Elect. potest. l. 1. t. 6. in Sext. Clem. t. 3. Extravag. Joh. 1. 1. Extr. comm. t. 3. & l. 1. x. t. 5. d. postul. Pral. Extr. comm. 1. c. t. 2. c. 2. 3. & 4. x. d. transl. Episc. c. tua. x de his quæ fiunt à prælat.* & Canonistæ plus satis inculcant. *Canis. l. 1. t. 11. Venat. 1. Analys. 6. Vallens. 1. t. 5. & 6. Zoes. eod. Stephan. in Oecon. Jur. Can. c. 2. n. 12. Matth. Steph. de Idict. l. 3. c. 10. &c.*

§. 61. Ut autem Majestati competit potestas circa Sacra, quæ quousque se extendat *Vid. Arnis. d. Jur. Majest. Grot. in Pietat. Ordin. Holl. ac de Imperio* (Dn. Tabor mavult dici potestatem) *circa sacra & Conring. disp. d. S. P. auctor. circa Sacra*; sic ipsa functio Sacra Clericis & Episcopis est demandata, quæ licet distinctam sapiant naturam, unicum tamen finem, subditorum scil. salutem recto Isiodori Pelusiotæ judicio, respiciunt, Descendit verò Episcoporum

potestas

potestas vel ex jure Divino, vel Ecclesiastico positivo. Isthinc emanat merè spiritualis ob finem Reipubl. Ecclesiasticæ, ipsiusque Ecclesiæ quantus quantus est, purè spiritualem. Talia quippe media qualis finis. Cum enim circa animarum salutem occupetur, manifestum, nihil eam Imperii humani posse inferre. Dicitur hæc potestas ordinis à Canonistis, & quatenus à jure divino dependet, absolvitur (1.) verbi & signorum dispensatione, certis cautelis circumscriptâ *c. 15. X. off. ord.* (2.) potestate clavium, *c. 2. X. sent. excomm. c. 4. d. Rest. c. 11. d. conf. dist. l.* (3.) personas ac res Ecclesiasticas consecrandi *c. 9. 13. d. consecr. dist. l. c. 7. c. 16. qv. 1. & t. t. de Relig. dom. c. 1. X. de suppl. negl Prælat. seb. Cæs. in relect. d. hierarch. Eccles. p. 1. d. 6. §. 3. Nov. 5. c. 9. c. Presbyt. 26. q. 6. Barbos. d. offic. & potest. Episc. p. 2.* (4.) Benedicendi *c. 3. can. 26. q. 6.* &c. Nam quæ aliàs hic de Chrismatos confectione, benedictione Abbatum, ædium at rerum aliarum consecratione, beneficiorum concessione, & si quæ alia ad ordinem in Ecclesiâ probandum pertinent, rectiùs dixeris esse juris positivi Ecclesiastici, velut ex canonibus, trecentos demum à N. C. annos Ancyræ & Antiochiæ latis, constat. *Dn. Conring. in Defens. Eccles. Protest. vid. cap. 1. & 2. dist. 70. c. 1. X. d. suppl. negl. clericor. c. quamvis dist. 68. c. nemo, & c. Ecclesias d. consecr. dist. 1.* De quibus largiùs differere non refert, modò duo hîc ὡς ἐν παρέργῳ observemus: Alterum, summoperè cavendum, ne Simonia, vitio crimini læs. Maj. & hæreseos quoad accusationem comparando *c. 31. & 27. X. d. Simon. Trivisan. 2. decis. 5. Carer. d. hæres. n. 31. Person. d. indic. & Tortur. q. 4.* adeoque omni jure prohibito *Zoës. ad Decr. h. t. & Binsfeld. ibid ad Rubr. Suarez. de sim. c. 7. n. 7.* fenestram aperiamus; Alterum ne ligandi ac solvendi potestatem nimis extendamus; Neque enim Episcopis quicquã ultrà injunctum est, quàm ostendere homines ligatos vel solutos esse, velut P. Lombardus, Magister ille sententiarum *sent. l. 4. dist. 18. lit. F.* secutus Cyprianum, Augustinum, & Hieronymum, loquitur. Licet in diversas circa hanc quæstionem abeant Theologi sententias, ipseque sæpiùs jam laudatus Archiep. *Spalatin. d. Rep. Eccles. l. 5. c. 12. n. 50.* putet verè quidem, indirectè tamen, & tantùm ex delegatione sacerdotum peccata in Deum, in Ecclesiam v. commissa directè remittere. *B*aptismus sanè ablutio est ori-

ginalis mali; quod dum deinceps actuali augeamus, sacrum tamen lavacrum non sit iterandum, velut *secunda post naufragium tabula*, pœnitentiam medium ad peccatorum remissionem obtinendam Divina misericordia statuit. Hanc dividunt in internam & externam, quarum altera inter Deum & peccatorem secretò tota peragitur, alterā v. ubi usus clavium locum habet, ἐξομολόγησιν antiqua Ecclesia dixit; siquidē peccatores transgressiones suas suâ sponte initio aliis quoq;, tandē soli sacerdoti confitebantur. Unde paulatim sigillū confessionis & auricularis confessio orta, *c. sacerdos, dist. 6. d. pœnit.* quā seculo IV. Orientalis Ecclesia occasione stupratæ à Diacono mulieris in pœnitentiâ manentis, abrogavit, *Sozomen. hist. Eccles. l. 7. c.* 10. At verò qui in peccatis refractarius perseverabat, à cœtu communi Christianorum excludebatur. Excommunicationem hanc Canonistæ in majorem & minorem, quam medicinalem Patres vocant, communiter dividunt. Hæc sacramentorum usum interdicit, consuetudine tamen hominum permissā *c. si quem, 59. X. d. sent. excomm. cap. â nobis, 2. d. Except.* & solis Episcopis atque sacerdotibus competit. Illa verò anathemate ferit impios, à fideliumque commercio expellit. *c. nemo 41. caus. 11. q. 3. c. debeat. 106. n. 3. Ungepaur. ad Decretal. h.* ut respondere videatur Judæorum excisioni à populo suo, de quâ *Gen. 17. v. 14.* sicut *Bertram in lib. d. Republ. Judæor.* exponit, aut qualem apud Essenos fuisse narrat *Flav. Joseph. l. 11. cap. 7.* & apud Romanos cum Diti seu Diris, ut tradit *Dionys. Halicarn. l. 11.* scelerati devovebantur, *jung. Cæs. l. 6. d. bell. Gall.* Hanc v. cum magni sit momenti, velut ex *Augustini super. Deut. 9. 39.* explicatione liquet, nullo modo libero clericorum, immani plerumque ambitione flagrantium, arbitrio permittendam, sed simul principum secularium, qui extra Ecclesiam, *ut Constant. M. apud. Euseb. l. 4. c. 24. & Lehm. Chron. spir. l. 2. c. 35. ajebat,* Episcopi sunt, autoritati committendam censemus.

§. 62. Reddit autem interna hæc, ut ità loqui liceat, Episcopalia jura, splendidiora ipsa officii dignitas atque concessa per totam Diœcesin singularis potestas, quam L. Diœcesanam communiter nuncupant. Illam privilegia & tituli, hanc verò omnia, quæ personas & bona Ecclesiastica, citra tn. jurisdictionem, respiciunt, absolvere

abſolvere videntur. In quorum partibus determinandis licèt mi-ſis modis varient Canoniſtæ, *ut videre eſt apud Boter. d. Synod. p. 1. n. 11. Azor. inſtut. moral. p. 2. l. 3. c. 32.* cùm tn. reipſâ ſic ſatis conveniant, & à compluribus Dd. Ohmio præſertim, peculiaribus tractatibus jura Epiſcopalia ſint enucleata. Nolumus Scripta illorum compilare, ſi quæ verò obſervari merentur, infra ubi de minorum gentium Dignitatibus Eccleſiaſticis agemus, fuſius enarrabimus. *Vid. Herm. Hermes in faſcic. Jur. Publ. Lim. Sprenger in Jur. publ. &c.* De Cancellariatu, quem plerique in Germaniæ Academiis ex L. Diœceſana ſuſtinent, *vid. Dn. Meibom. in pecul. Oratione Helmſtad.* 1612. *habitâ.*

§. 63. Addendum tamen hîc aliquid de Idictione Epiſcoporum, quam audientiam mitiori Vocabulo olim dicebant, *V. Magnif. Dn. Brunnem. ad Tit. C. d. Epiſc. aud.* quippe quod Idictio quâ talis, vix cadat in Epiſcop. dum ſemper aliquid Imperii ei ineſt *l. fin. ff. d. off. ejus, cui. mand.* imò criminalis etiam expreſsè Clericis *in c. 5. Ne Cler. vel Monach.* denegetur. Et olim quidem Spirituales cauſas non excedebat, *Lehm. l. 2. c. c. 34. Chron. Spir.* poſtmodum tamen extenſa eſt non tantùm ad omnes Clericos ratione degradationis, ſuſpenſionis, diſpenſationis in ordinibus ſuſcipiendis, beneficiis ac officiis conſequendis, in matrimonio ineundo *l. 13. Cod. d. Epiſc. aud. c. ſi diligenti. de for. comp. c. degradatio. d. pœn. in 6. Concil. Trident. 25. d. reformat. c. 3. c. 34. diſt. 10. c. ſi autem. 36. q. 2.* (quod quatenus mutationem ſubierit *Rittershuſ. in text. poſt Nov. p. 1. c. 7.* perſequitur) & ſpecialium conſtitutionum ſanciendarũ facultate &c. *c. Catholica. diſt. 11. Gutierez Canon. l. 1. c. 30.* ſed & ad Laicos ſuperbia eorum devoluta, tùm præſertim temporis, cùm Bruno Epiſcopus Colonienſis accepto à fratre Otthone (optimo ad ſtabiliendam potentiam ſuam conſilio, *Cranz. Sax. l. 4.*) Lotharingiæ Ducatu; ac Wilhelmus Moguntinus, receptâ eodem jure, quo Duces regiones ſuas tenebant, Haſſiâ ac Thuringia; & Nemetum Epiſcopus Spiram cum ſeculari poteſtate Regalia cœterorum Principum nanciſcebantur, à quâ demum (non autem Ludovici Pii, ut nonnulli conjiciunt. *Sixtin. d. Regal. l. 4. c. 4.*) epochâ ſecularis & Eccleſiaſtica in unâ perſonâ conjungi cepit. *Knicb. d. jur. territ. c. 1. n. 16. Struv. diſp.*

Feud. 1. Gail. 1. obs. 20. & 30. & d. P. P. l. 1. c. 8. Quod Ottonis exemplum ceteri dein Imperatores certatim amplexi, maluerunt Episcopis quàm Ducibus hæreditariis amplissima isthæc territoria, quorum titulis etiam nonnulli gaudent, *Reink. d. R. S. & E. l. 1. class. 4. c. 9.* non tàm Religionis quàm potentiæ suæ firmando studio concedere. *Domin. d. Rep. Eccl. l. 6. c. 7. & 8.* Cessit autem hoc consilium pessimè postmodùm Cæsaribus, cùm quod Collegia illa sacra, corpora sint immortalia, tàm etiam quod Papa tàm potentes Germaniæ status, sub prætextu Jure Divino in omnes Clericos præsertim in Imperiò Romano tanquam summo Pontifici debitæ sibi auctoritatis, ad nutum suum contra Cæsares armaverit, atq; eà ratione destruendo vires Imperii, sacram suam Monarchiam ex istius ruderibus exstruxerit. Tantum scil. nocuit nostræ Reipubl. communis ille in rebus civilibus error, quasi Germania & Imperium Romanum uno eodemqúe conceptu veniant, quem primus fortassis Trithemius Maximiliano Augusto detexit, qúi primus quoque omnium, dum præter Imperatorium titulum Rex Germaniæ appellari voluit, spem Curiæ ac vota ambientium Imperii dignitatem insigniter elusit. *Vid. Dn. Conring: d. Imperat. German. Rom.* De gradibus Episcopalis dignitatis Papà, Patriarchis &c. nec non de Cardinalibus, cùm hos omnes in Republ. nostrà ignoremus, impræsentiarum non attinet fari. De Equestribus v. Sacris ordinibus nec nõ minoribus dignitatibus Ecclesiasticis, Abbatum, Vicariorum &c. suo loco tractabimus. Sed nec Archi-Episcoporum jura multum de Episcoporum privilegiis, nisi quod paulò appareant sublimiora *Lancell. Instit. Jur. Can. l. 1. n. 5.* diversa, negotium nobis jam facessent; Recensuit ea peculiari cap. *Herm. Hermes in fascic. Jur. publ. c. 24.* in Universum autem omne hoc argumentum pertractant *Francisc. Maynard. d. Jur. Episc. Joh. Bertachin. d Episcop. Aub. Miraus in Notit. Episcop. Anton. de Pretis. Hermannus Bruschius de Episc. German. Panvin. d. offic. & potest. Capitul. Stephan. Quarant. in sum. Bullarij. ut & passim Canonista.*

§. 65. Secularium Principum, quorum nunc dignitatem è longinquo duntaxat contemplabimur, varia quidem nomina, unam nihilominus regulariter de jure esse auctoritatem, jam supra dictum fuit, Horum tamen originem à primis incunabulis arcessere non erit

operæ

operæ diſpendium. Principio itaque tenendum, duas præcipuè Ducum ſc. & Comitum à Tacito antiquiſſimo rerum noſtrarum Scriptore recenſeri dignitates, quarũ una bellicis, altera pacis temporibꝰ conſecrata videtur. *Cluv. Germ. Antiq. l. 1. c. 46.* Erat quippe Germania in varios diſtrictus ſive pagos, Schyres Anglo-Saxonibus, teſte *Cambden. in Brit.* diſtincta (de quibus generaliter *Lazius Comm. d. Rep. Rom. 6, 12. Scriptor. ad Tacit. d. M. G.* ſeorſim de Saxonicis *Guern. Rolfinck. in Tr. d. laud. Antiq. Sax. Polyhiſtor Meibom. lib. peculiari de Vtriusq; Sax. pag. de ſuperioris Germ. pagis. Marq. Freher*) qui vernaculâ Gow & eorundem Præſides jus dicentes Gow-Grafſen/ nuncupabantur, quæ appellatio demum ſeculo XI. pagis cum Ducatibus, Landgraviatibus &c. diviſis ac hæreditario jure poſſesſis exſpiravit. Et Romani quidem devictâ Germaniâ Cis-Rhenanâ quoscunque provinciis limitaneis præficiebant, Ducum appellatione honorabant *t. t. Cod. de Off. Mil. judic.* cùm officia eorum cura rei militaris primariò expleret. *Panvin. l. 3. d. Jur. Rom.* 887. ita tamen ut ſimul juris dicendi involveret poteſtatem *Nov. 102. pr.* quomodo Duces utriusq; Rhetiæ, Sequanicæ, Moguntiaci &c. pasſim recenſentur *Panciroll. not. Imp. p. 1. c. 139. p. 2. c. 25. & intheſ. var. lect. l. 1. c. 5.* Quem Franci deinde morem imitati Ducum quoq; nomine provinciis præſides conſtituère, qui jus dicerent, populumque Regis nomine Satraparum adinſtar regerent, *Bodin l. 3. d. Rep. c. 5. Beat. Rhen. l. 2. Rer. Germ. p. 157. Vadian. l. 11. de Colleg. Monaſt. in Germ. Vet. & Barthol. Sasbing. in addit: ad ejusd. Antiq. Lehm. l. 7. Chron. Spir. c. 16.*, quorum poteſtas, cum rarius filii ab eadem patris Dignitate excluderentur, nec pro arbitrio à Regibus illa vivis parentibus revocari poſſet. *Cuſan. l. 3. d. Concord. Cathol.* tantas paulatim vires accepit, ut illectis in ſuas partes vulgi ſtudiis, Regibus ipſis obedientiam detrectare non dubitaverint, cui dum Carolus M. propriæ originis memor obicem ponere decreviſſet provincias illas Ducum abolito invidioſo nomine in varias particulas diſcerptas Gravionibꝰ ſeu Ordinariis judicibꝰ, quos ad exemplũ Romanorum Comites appellarunt, ſubjecit. Succeſſorum tamen ejus ſocordiâ, mutationum civilium more *5. Pol. 3.* usq; adeò pedètentim revixère, ut partim vi, partim auro ac profuſione Regum ex admini-

 ſtrato-

ſtratoribus Duces (quos inter maximè Franconiæ, Bajoariæ, Sueviæ & Saxoniæ eminebant) proprietarii Domini effecti potentisſimas hæreditates ad poſteros tranſtulerint, nec à temporibus Henrici Aucupis, quem eandem ob cauſam Conradus bonum publicum privato anteferens Imperatorem eligendum ſuadebat, in ordinem redigi potuêrint, uſquedum ſubinde acedia & prodigalitate oppreſſi, provinciarumque ſuarum in fœcundam prolem diviſione, creſcente inſuper circa ſecul. XII. Vrbium, Ducum imperia aſpernantium, auctoritate, cùm præſertim Electio Regis ad paucos Proceres ſimul ab omnibus perveniſſet, nonnihil ſuæ potentiæ amiſerunt, quæ tn. tanta adhuc erat, ut procul dubio Reſpubl. ad exemplum Italiæ in ſtatus plures deſciviſſet, niſi membra ob metum banni Imperialis ac potentiæ Turcicæ vix membranis adhærentia auſpiciis Friderici & Maximiliani, ſaluberrimis circulorum & ſupremi Tribunalis &c. inſtitutionibus denuò adunata fuiſſent. Eminent inter illos hodiè Archiduces Auſtriæ de quorum dignitate & privilegiis *vid. Rein. l.* 1. *cl.* 4. *c.* 16. *Herm. Hermes. faſcic. J. P. c.* 28. *Cluten. Syll. Res. quot. th.* 25. *Goldaſt. part.* 2. der Reichs-Satz. *p.* 21. quos excipiunt Comites Palatini, Duces, Marchiones, Landgravii, Principes &c. quorum omnium, ut ſupra dictum, æqualis eſt poteſtas. Et primis quidem Germanis, Saxonibus præcipuè Comitum nomen, utpote Romanæ originis, erat incognitum. Sed Principes ex inſigni nobilitate aut ob præclara Parentum merita electos, atque per pagos jus dicentes certi ex minoribus paganorum partibus conſilii causâ comitabantur, qui Schepen veteri Saxonico Idiotiſmo nuncupabantur, Ipſi Principes Graviones ab ætate ſenili dicti, per vicarios ſuos ſæpè jus dicebant, ut adeò Gravionum nihil aliud, quàm primarii judicis, tàm in Eccleſiaſticis & Civilibus *Lehm.* 2. 21. 22. 23. quàm bellicis negotiis *P. Diac. L. d. c.* 14. denominationem inferat, *Vid. Matth. Steph. & Paurmeiſt. d. Juriſdict. Marq. Freher. d. ſecr. Weſtphal. Jud. Brumm. d. Scabin. & Meibom. in Irmenſul. Saxon. p.* 25. *& in vindic. Billing.* Horum verò tùm alii in ipſo Palatio, alii in confiniis, alii in meditullio regionis iſthoc officio defuncti ſunt, nomina etiam inde aſſumſerunt. Comitum a. vox primò à Carolo M. illata, multisque Dynaſtis Saxonicis (inter quos tùm præcipui erant Beringeri

Comites

Comites Ascaniæ, qui soli deinceps unâ manu & sceptrum & ensem prætulere. *Knich. d. sublim. & territ. jur. n. 54.*) tributa apud Romanos aliàs atque alias complectebatur dignitates, de quibus *Perez. ad C. d. dign. de privilegiis Palatinorum Comitum vid. Marq. Freher. in orig. Pal. p. 2. c. 1. Dn. Limn. & Hermes in J. P.* Potestas Ordinum hodieq; in tantum culmen excrevit, ut de sacr. potest. communiter participent; Domi autem Regibus ipsis non incommodè æquiparantur, cùm tàm ampla eorum sit potestas, ut trahere aliquid è S. P. videatur, quæ vulgò superioritas Territorialis passim recepto vocabuli usu appellatur *Carpz. d. L. Reg. Germ. c. 1. sect. 13.* unde brocardicum illud natum, Principẽ tantùm, imò plus habere potestatis in suo Principatu, quantum Imperator in Imperio, de quo *vid. Vlric. Eiben peculiari tract.* Nos verò impræsentiarum eadem jura territorii brevibus perstringemus, quòd ex illis potissimùm peregregia Reipubl. nostræ universalis ac Statuum singulorum quasi Rerumpubl. ex communi gentium Germanicarum ingenio aut deductis ex uno magno Regno, pluribus minoribus Regnis seu Principatibus tanquam coloniis ortâ facies appareat. Illa ipsa enim administrandi res civiles potestas, quam sic satis magnam, licèt vicariâ duntaxat manu ante hâc Principes loco Imperatoris in Provinciis exerceant, postquam à Saxonum temporibus potissimum hæreditariam assumsit naturam, ipsimet Imperatori sæpè formidabilis adeò *αὐτοκρατίας* insensili tractu, arte etiam adhibitâ, succrevit fastigium, ut solo feudi, tenui certè & subsidiario, si res aliter servando servari nequeat, circulo, etiamnum cum vasto illo corpore cohæreat, *Dn. Conr. in præfat. ad Polit. Arist.* Dicta est à Dd. Superioritas territorialis, neque tamen inter eos conveniri potuit de certis ejus limitibus, non quod multùm ex moribus potiùs quàm L. scriptâ trahant, aut etiam majestatis ipsa Jura ad modum sint intricata, sed quod Cæsarum potestas cum statibus communicata, difficulter, quatenus se invicem pertingit, definiri queat, prævalente, ad morem Rerumpubl. mistarum modò hâc, modò alterâ parte. Quocirca hi quidem majoribus Regalibus, hi verò omnimodæ Idictioni assimilant, cùm tamen, quousque se S. P. in integro Imperio omnium cum Imperatore Principum extendit, eò usque etiam in singulis singulorum territoriis dependenter tamen expectanda.

ctanda veniat. *Wehn. in obs. Pr. v.* Lands-Fürstl. Obrigk.

§. 65. Circumspicientibus itaque Reipubl. nostræ negotia oculo versus Senatum, Magistratus & Judicia tanquam Polum flexo, apparebit, non tantùm cum consensu horum Vniversales sanciri L. sed & Cameram Imperialem ad provinciales ordinationes. *O. C. p.* I. *F. 13. & t. 57.* quatenus publ. saluti non adversantur. *Gail. O. 135. Mynf. 1. Obs.* 14. licèt juri communi derogent. *Meuschn. tom. 2. l. 1. Dec. 8.* observandas teneri, cùm nisi expressis verbis in Recess. Imper. improbentur, *ut de anno 1551.* §. und nach dem & in *O. C. August.* 1500. *R. J. Worm.* 1522. hæ ipsæ prævaleant *O. Crim. Car. V. in fin. proœm. R. J. d. anno* 1654. *§.* setzen dennoch *& §.* Doch mit diesen zusatz. Exerit autem vires autonomia illa suas non tantùm quoad tempora Belli, sed & Pacis, & in his, tàm ratione Ecclesiasticorum, quàm secularium negotiorum. Liquet id ratione prioris membri *ex ipso R. de anno* 55. §. nach dem aber, ubi disertis verbis armorum studium & vigilans cura contra irruptiones hostium demandatur. Ex quibus tamen verbis liquidò apparet, diffidationes illas domesticas sive justæ, sive injustæ, indictæ vel clandestinæ, neutiquam ceu olim quadantenus erant, esse permissas, postquā violatæ pacis publicæ reos Circulorum Duces (sine quorum consensu, priusquam de indemnitate Imperii cautum, ipsiq; Cæsari expeditionis necessitas exposita sit, nemini exercitum conscribere licet, *R. J. d. anno* 1564. *Worm. §.* nach dem *& August. d. anno* 55. *§.* und sollen in oberzehlten.) cohibere tenentur, ut sententiis perpetui judicii stare assuescant. *Declar. Pac. publ. Norimb. 1522. d. R. I. d. anno. 55.* Verum enim verò, cùm nonnullorum Circulorum vires vix executioni sufficiant, nec singulos à potentiorum insultibus propediem Imperium tueri possit, nostraque Respubl. hàc quòque in parte laboret, mirum non est, si paulò plus hodiè circa arma PP. liceat. *Warem. ab* Ehrenb. *d. Fœd. c. 2. n.* 56. Vnde & necessariò jura sequelæ, aperturæ, fœderum, Legationis, castrorum &c. individuo nexu simul eos concomitantur, eò usque ut nonnisi publicà in Comitiis L. latà Cæsari munimenta exstruere, aut invitis Statibus præsidium imponere, his v. siquidem vicinis nullum exinde creetur periculum, pro arbitio integrum sit. *Instr. Pac. Suec.*

Suec. a. 8. n. 2. Gail. 2. O. 69. R. I. de anno 1500. *d. anno* 29. *d. anno* 55. *Republ. Instr. Pac. Osn. a. 8. §. Kirchn. d. Legat. l.* 3.

§. 66. Ampliora tamen in iis, quæ pacem concernunt, Principum jura cernuntur, cum ipsam Religionem quoque magnam profecto rerum civilium & potestatis LLatoriæ partem, *Grot. l. 1. d. J. B. & P. c. 3. n.* 6. sinu suo complectantur. *Instr. pac. art.* 5. *n. 12.* quam mediocrem quidem etiam ante Reformationem Imperii habuêre, ceu ex eorum honorifico Defensorum fidei cognomine & modernorum Pontificiorum statuum superstite jure colligas, *R J. d. anno* 1524. *Norib. §.* als auch vielgedacht; largè tamen inferiorem quàm hodiè postea quam magna animorum contentione frustra de emendandâ Ecclesiâ Pontificem sollicitâssent. Et quanquam tàm largâ concessione sacrorum non adeò plenè toti Reipubl. sit consultum, ad vitanda tamen majora damna, donec mitiora incidant tempora infra certos ab anno scil. hujus seculi vigesimo quarto cancellos restrictum prudenter hactenus indulserunt. Excusso itaque duro Romanensium jugo & scissurâ in Ecclesiâ relictâ, Protestantibus in super cesserunt jura Episcopalia, eorundemque omnium nobilissimam Jurisdictionis partem sibi sano sensu restitutam *Reink. l. 3. cl. 1. c.* 10. tanquam partem imperii civilis, unâ cum L. Diœcesanâ quod antenus per consistoria. *Rittershus in expos. No. p. 1. c.* 7. (quibus proinde Pontificii Principes destituuntur), ea verò quæ ordinis ac dignitatis jura cluent, per Superintendentes suos administrare consuevere.

§. 67. Porrò etiam siquidem hodiè concesso universali territorio, (pro cujus diversâ ratione diversis titulis insigniuntur Possessores) omnia Regalia unâ cum omnimodâ Idictone existimantur concessa *Knich. de autocrat. n.* 1404. ipsaque Feuda Principum nostrorum sint regalia, 2. *F.* 10. eopse non potest non profluere, cetera omnia quæ Feudistæ hoc nomine tàm majorum quàm minorum Regalium accumulant, Imperii istis Proceribus competere, *non obst. c. 4. X. d. offic. leg. & quæ Dd. hîc Finkelthausius præcipuè disp. Feud. 4. c.* 12. *Didr. ad A. B. t. 9 disputant.* Vnde non tantùm collectas tàm ordinarias quàm extra ordinarias, tempore necessitatis liberè alibi cum consensu statuum suorum Provincialium, *Meusichn. tom.* 2. *l. 1. decis. Camer. KloK. d. Contrib. c. 8. Bocer. d. coll. c. 4.* Nec non vectigalia sedulâ inquisitione impediunt, ipseq; Imperator mandatis pœnalibus

abrogat. *R. J. d. anno* 76. §. weiters sind wir. *Gylm.* 3. *Symph. verb. vectig.* sed & ærarii locupletandi aliisque necessitatibus publicis subveniendi causâ omnis generis monetas, ad pondus tamen imperii, cudere consueverunt, *Mynſ.* 4. *O.* 24. licèt hoc immemorialis præscriptionis, aut etiam speciali privilegio hoc ipsum Statibus competere asserant. *Cluten Syllog. rer. quotid. concl.* 22. *Sixtin. d. Regal.* 7. *n.* 92. *Bocer d. mon. c.* 3, *n.* 23. Fortassis autem nec hic quoque laboraret Respubl. nostra, nisi edicto Divi Ferdinandi, anno 1559. aliisve satutaribus constitutionibus per omnia suus honos habitus fuisset. Transimus sicco pede cetera Regalia, non minùs tamen de iis, quam affinibus totius nostri argumenti quæstionibus in ipso conflictu requirentibus rationem reddituri.

§. 68. Neque tamen silentii peplo longè prudentissimam superioritatis territorialis partem, Idictionem dico, involvendam censemus, præsertim cum sub eo nomine non tantùm celeberrimi quiq; Viri pleraque Universi Imperii nostri jura sint persecuti, sed & quod ferè sola ambitu suo, quicquid superest, complectatur. *Steph. d. Idict. l.* 2. *p.* 1. *c.* 5. modò caveamus, ne ad præcepta Romana Veterisq; Germaniæ anxiùs exigendo miseriùs eandem implicemus, quàm manifestam reddamus, siquidem Ordines nostri non alieno eundem beneficio aut operâ vicariâ, *l.* 5, 8. *ff. d. Iudic. l. un. C. qui pro suâ Idict. jud. dare. Gail.* 2. *Obſ.* 43. sed proprio jure exercere notius est, quàm ut hîc in medium afferri debeat.

§. 69. Est verò illa in Criminalibus paulò laxior, quàm civilibus, cum in istis non tàm partium, quàm Reipubl. ipsius ratio habeatur, *l.* 9. §. 5. *d. publ. & vectig.* non obstante, quod criminalia civilibus videantur graviora, siquidem sic satis benè apud nos jam olim constitutum fuit, ne suprema tribunalia appellationes in causis criminalibus imò ne per simplicem querelam arripiant, *Matth. Steph. proœm. Const. Car. n.* 13. *seq. O. Cam. p.* 2. *l.* 28. §. *Item* nach dem *R. I. Aug. d. anno* 1530. §. *Item* Als etliche zeit. *Rutg. Rul. p.* 1. *l.* 2. *c.* 3. *Klok. relat.* 135. *Mynſ. cent.* 4. *O.* 41. (licet meminerim, Contrarium aliquando me defendisse) quod quatenus fallat, *vid. O. l. p.* 2. *t.* 9. §. So jemand. *Mynſ. Cent.* 4. *O.* 41. *Auct. Pandect. Camer. Rhoding. l.* 1. *c.* 31. *Gail.* 1. *O.* 1. *Mich. d. Idict. c.* 47. *ceteriq; Dd.* Civilia v. negotia certæ plerumque summæ, quas appellabiles vocant, restringunt. [*V.*

Spreng.

Spreng. in Iurispr. publ. Ampliatur tamen utraque in Ecclesiasticas etiam apud Protestantes per Consistoria sua, personas, harumque substantias, de quarum exemtione olim multum querebantur Ordines in *Gravaminibus suis n. 31.* ut adeò hactenus plus quàm dimidiâ parte Principum protestantium territorialis hæc Idictio sit amplior quàm Pontificiorum, inter quos ne ipsi Cæsari quidem consistoria cogere licet. Controversia hæc alioquin â Politicis ventilatur & â Saavedrâ qræcipuè *symb. polit.* 30. Marianâ *l. 1. instit. Reg.* 10. Bellarmino *l. 1. d. Cleric. c. 28.* scripturæ etiam dictis, quibus benè quidem respondent *Marsil. Patavin. def. Pac. c. 4. p. 132. Arnis. d. exemt. Cleric.* 1. contrà Protestantes affirmativè decidunt, qui tamen eatenus malunt externas Scotorum, Anglorum, Gallorum, Venetorum &c. *de quibus vid. Mauroc. Hist. Venet.* 1. 17. *Grammond. l. 4. Hist. Gall. Bussier l. 13. & l. 21. Hist. Franc. c. 20. Polyd. Virg. l. 27. Hist. Angl. Buchan. l. 9. & 10. Hist. Scot.* moribus palmam deferre. De Feudalibus Judiciis vix opus est, ut vocabulum addamus, cum hæc quidem omnibus feudi Dominis sint communia. Hoc verò notari meretur, quod velut in communi illâ Germaniæ Republ. duo hodiè supersint judicia concurrente jurisdictione, ac præventionem patiente conspicua; sic quoque in Principum territoriis Provinciales die Hoff; und Landgerichte Cameram, Consilium aulicum verò Cancellarias ratione tam ordinariæ quàm delegatæ Idictionis affabrè exprimere. *Vultei. d. judic. l. 1. c. 4.*

§. 68 Habent & hoc Principum Germaniæ tribunalia intuitu Idictionis suæ territorialis peculiare, quod perinde ut in Feudalibus litibus priùs post investituræ scripturam consuetudines Provinciales introspiciuntur, quàm Longobardicos mores evolvamus, sic quoq; jura sua Provincialia, statuta & consuetudines, quosque pertingit, ipsi Juri communi anteferantur *arg. Lan. in totum. C. d. adif. priv. C. d. emanc. lib. Dn. Carpz. jur. forens p. 2. c. 14. def. 25. Knipschild d. jur. Civit. Imper. l. 2. c.* 10. adeò ut judex superior ipsique Cameræ assessores vi juramenti sui juxta horum tenorem pronunciare teneantur *Raubbar. p. 1. qu. 1. O. C. p. 1. t. 57. Græven. l. O. 36. n. 15.* Acquiruntur jura illa cum ipso territorio, eorundemqun controversiæ ad analogiam juris privati examinantur, non aliter ac si de jure veteri Romano Idictio fuisset Patrimonialis; præcipuè quùm & Ordines in-

tuitu

tuitu totiùs Imperii tanquam Cives privati LL. privatos audiant *Paurm. d. Idict. l.1. c.25. Reink. l. 1. cl.4. c.17.* & plurima ex quintuplici Rerum Jure Illustriũ descendant pacta *Vid. Magnif. Dn. Habn. solidiss. tract. d. Jur. Rer.* imò etiam totâ die de litigiosâ possessione subtilissimæ ventilentur quæstiones. Et de *Concessione* quidem à Cæsare factâ non est ut differamus; Ast in *præscriptionibus* rem paulò altioris indaginis, eà ratione fortassis definias, si dixeris Idictionem territorialẽ aut longissimo tempore vel cũ territorio vel instar] servitutũ usucapi; cùm ne ipsa quidẽ summa jura ab immemoriali præscriptione sint exemta. *Dn. Conring. d. Finib. c.21.* multo ergò minus, de quibus nos loquimur. *v. Klok. rer. Cam. vel, 65 & 131.* Nec minor *in Successionibus* (ubi nec L. publicâ, nec pacto aut Consuetudine primogenito, aut confraternitate aliter cautum fuit) difficultas creberrimas contentiones heic peperit. Convenientiùs fortè utilem rei vindicationem ob utile in territoria dominium, quam hæreditatis petitionem eo casu indulseris. 2 *F.8. Anton. disp. Feud.13. th.3. Rosenth. c.7. concl.17.* Sin a. regalia isthæc non tàm jure territorii, quàm ex alio capite tibi debita à peregrino usurpentur, nihil ãplius obesse videtur, quin utili cõfessoriâ aut negatoriâ, à Dd. ad res incorporales indifferenter extensâ *Oldendorp. d. 3. act. 4.* liceat experiri, cùm testibus Cameralibus observationibus nihil hactenus incommodi, quod. Cothm. *vol. 1. Resp.* 30. n. 71. metuit, fuerit inde prognatum. Verum enimverò hæc unà cũ judicio Idictionis possessorio mixto s. Dominio colorando, nec non exceptionibus aliisque hûc facientibus temporis injuriâ exclusi, ulterius persequi prohibemur; Vt adeò non tantùm reliquas longâ serie omnis generis Dignitates, atq; Jura Illustrium peculiaribus Diatribis reservare, sed & in hujus ipsius spaciosi dicendi campi limine pedem figere necessum habeamus. Deprecati veniam incomti *αὐτοσχεδίου*, cujus impolities non poterit non apud delicatas aures cinerem quæritare. Sed non est, quin eam à benigno juvenilis imbecillitatis, nostræ sortis interprete, nobis polliceamur, apprimè, quòd vel in tantâ festinatione consuetudini Academicæ morem gesturus mediocrem publicæ ventilationi dissertationem, orbi autem literario nullum adhûc commentarium destinaverim.

- - Sic Amphora capit - - Instituì, nunc urceus exit.

S. D. N. G.